


25

133

A
18

85




DE MONARCHIA

ALLORVM CAMPI AVREI: AC

TRIPlici IMPERIO, VIDELICET ROMANO,
Gallico, Germanico: unà cum gestis heroum ac
omnium Imperatorum

Authore Symphoriano Campegio aurato equite.




LVGDVNI EX OFFICINA MELCHIORIS ET
GASPARIS TRECHSEL FRATRVM
M. D. XXXVII.

VM PRIVILEGIO REGIS:



2 400 40
Gallea
MADE IN SPAIN



R. 7214
Del Colegio de la Compañia de Jesus Granada. B. P.

DE MONARCHIA

GALLORVM CAMPI AVREI: AC

TRIPLICI IMPERIO, VIDELICET ROMANO;

Gallico, Germanico: una cum gestis heroum ac


omnium Imperatorum

Authore Symphoriano Campegio aurato equite.

25

133

A
18
85



LVGDVNI EX OFFICINA MELCHIORIS ET
GASPARIS TRECHSEL FRATRVM

M. D. XXXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS

INDEX LIBRORVM IN CAMPIS
Campegianis contentorum.

Galliæ campus tria olim regna continens, Allobrogum, Franciæ, & Vasconiæ.

Secundus campus de monarchiâ, & triplici imperio, videlicet Romano, Gallico, & Germanico, gesta Imperatorum continens.

Tertius campus de Celtica Galliâ, ac antiquitate ciuitatis Lugdunensis, quæ est caput Celtarum.

OPVSCVLA CAMPIS SVPERADDITA.

De hierarchiâ ecclesiæ Lugdunensis, quæ est prima sedes ac metropolis Francorum.

Parallelia de viris illustribus, ac heroibus Galliæ.

Apologia in Hieronymi Balbi Gurcensis episcopi librum, quæ de coronatione Caroli quinti imperatoris scripsit.

IACOBI SYLVII
Ambiani endecasyllabi.

Illustres populos, beata regna,

Res gestas, fluuios celebriores,

Mores, metropoleis, scholas perennes,

(Quas vulgus uocat uniuersitates)

Francorum, Allobrogumque, Vasconumque,

Hic plena tenet area Libellus.

Et priscum decus, ac episcoporum

Lugduni locupletis, & Viennæ

Sanctæ, nomina, gesta que, & monarchas.

Germanum, Latinumque, Gallicumque,

Hic per tempora quattuor libellus,

Et quæ quisque obiit, dat, imperator.

Vis per florea ferta litterarum,

Vis per mellifluos apum recessus,

Vis intra Elysios uolare campos,

His lector uolites amice campis.

EPISTOLA PRO OEMIALIS:
AD AMPLISSIMUM ANTISTITEM

ET DOMINUM D. LAURENTIUM CAMPEGIUM,

tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim Apostolicæ sedis Cardinalem me-

ritissimum, ac legatum Angliæ dignissimum, Sympho-

riani Campegij equitis aurati Lugdu-

nensis, prooemialis

epistola.



ACCEPI tandem, quas diu desideravi abs te, reuerendissime in Christo pater, literas. Precidisti mihi dubitationem, quæ peracerbè animum turbabat: mirificè letatus sum, quum, audiui te in urbem incolumem peruenisse. Nam laborum tuorum, quos in superandis cæteris periculis, & trāscedis Apenninis alpibus, maximos perpeffus eras, historiâ auidius expectabam: aut reducè te & incolumem reuertisse Romam: potuissem solidius gaudere.

Gaudeo plurimum, sacratissime pater, quod Galliam (à qua Campegij tui Bononienses originem traxerunt) uisitaueris. Hæc enim campus est, à qua Campegiorum nomen Bononienses Campegij sumpserunt. Est enim Gallia grâde atq; amplum spatium terræ, unde spatiosè plateæ aræ ue illius campi dicuntur. Campus enim, ut Hieronymo placet, planities terræ dicitur, cui cultura adhibetur. Et solet accipi campus pro qualibet re, in qua quis studium habeat: dictus campus à capiendo. Animum sapienter nonnulli arbitrantur segetis obtinere instar, atq; campi similitudinem gerere. Et quum colunt agricolæ campos, illos subigunt aratris, multo ante quam serant, ut extirpatis uirgultis, fruticibus conuulsis, optimum iaciant semen, ac deinde huberem frugem demetant. alioqui neglectus atq; incultus ager spinis horrescit: & crescentibus infelibus herbis bonum semen aut nasci non potest, aut adulescere non permittitur. Itaq; qui serere uolet campum, liberet eum prius à fruticibus, salce rubos filicq; resacet, ut noua fruge grauis Ceres exeat. Animum quoq; diligenter in campis nostris Gallicis excolere debemus, ut sublatis uitiorum sentibus ex optimis sapientiæ & uirtutis seminarijs huberes ac mirificos fructus adat. Nec nouandus solus est campus, sed iterum atq; iterum sulcandus, magnificè laboribus subigendus: ita quum lætae sunt segetes, redduntur feracissimi campi. Animum itidem non semel tantum, sed iterum ac sepius excolendus: ut eradicatis uitijs, tum extirpatis tum etiâ sublatis erroribus uniuersis, dignus sit qui præclarum semen accipiat. Quam quidè sententiâ bene his uerbis prosecutus est genitor tuus Ioannes Campegius, dum in Ticinensi academia primam cathedram obtinebat. At nunc filius tuus Alexander Campegius Bononiensis episcopus designatus, ac frater tuus Thomas episcopus ac sacræ sedis apostolicæ referendarius, nunc animi campum excolit. Nā campus, quauis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus. Cultura animi philosophia est. Hæc autem extrahit uitia radicitus, & præparat aios ad satum accipiendos, eaq; mandat his, & (ut ita dicam) serit, quæ adulta fructus huberrimos ferunt. Lactantius quoq; Firmianus haud longe ab ea sententiâ est, qui ait, Sicuti in sentes ager qui est natura fecundus exhuberat, sic animus incultus uitijs sua sponte ualescentibus uelut spinis obducitur: sed quum uerus cultor accesserit, statim cedentibus uitijs fruges uirtutis orientur. Proinde cunctis uiribus contendere debemus, ut si bonam atq; huberrimam frugem percipere concupiscimus, diligentem adhibeamus industriam: nec ullis parcentes laboribus animum omni studio atq; accuratissima opera exerceamus, ut nobis agricolis optimis incorrupti propositi sint fructus. Species enim exquirenda est omni industria: corporis forma contemnenda: in sola mente (ut ait Lactantius) ponenda est hominis ratio. qui autem corpori seruiunt, qui uentri obediunt, dignitatem hominis prosternunt: & ad belluarum naturam proximè accedunt. Ad animum igitur perficiendum, atq; exornandum, omnis accommodanda diligentia est. Forma autem ipsa corporis (ut si corpore sis formosus) prorsus habenda pro nihilo (ut ait Isocrates) uel etate deletur, uel aliqua uim morbi languescit. Paulo momento quæ maxima pulchritudo esse uidebatur, tanquam flos repente conteritur, ac tenues euanescit in auras. Donum forma breue est: bonum autem ita fixax, ita omnimò lubricum, ut uel ipso adhuc uiuente homine præmoria

Labores in alijs
bus superandis,

Campegiorum
origo.

Quid campus
secundum Hiero-
nymum.

Animi campus
segetis instar.
De agricultura.

Cultura animi

Animus ut campus
non semel sed se-
pius colendus.

Ioannes Campe-
gius legum mo-
narcha.

Alexander Bo-
nonia electus
episcopus.

Thomas Cam-
pegius pontifi-
cis referenda-
rius.

Animus sine do-
ctrina infructuo-
sus.

Lactantius Fir-
mianus.

Animus incultus
uitijs uelut
spinis obducit.

Lactantius-


Isocrates de for-
ma corporis.

EPISTOLA

Aristoteles.

Campegij Bononienses originem traxerunt e Gallia.

tur in nobis. Formā igitur animi (ut olim fecit Ioānes Campegius pater tuus) curare debemus quæ uirtus & doctrina est: quarum utraque maius indies suscipit incrementum, & cum atate ipsa semper augetur. Aristoteles magnus ille Peripateticorum princeps præclare, Aspectus, inquit, à continente aëre illustratur: animus autem à liberalibus disciplinis. At liberales disciplinas ad uirtutem quidem capeffendam plurimum conferre arbitratus est. Hanc uero pulchritudinem quum adepti fuerimus, ita splendescet animus, ut non eximiam formam, sed pene diuinam sortitus esse uideatur. Accipe igitur, pater sacratissime, campos nostros Gallicos. Tu enim campus es feracissimus: à quo campi nostri nomen acceperunt: et si Campegij tui Bononienses à nostris Gallie campis originem traxere. Christianus enim Campegius genere Gallus Allobrox: quæ gens Lugduno non procul abest. Duodecim enim ex coniuge suscepit liberos: quorum duo inuictissimum principem Carolum S. Lodouici Galliarum regis illustrissimi fratrem ad Partheropæam expeditionem magno cum exercitu proficiscentem secuti sunt. In cuius reditu minor natu Ioannes nomine Bononiæ reliquū ætatis egit: à quo generosissimi tui Bononienses originem traxere. Alter uero gradior natu ad usq; Tortonom uenit: qui Papiensibus Campegij generis initium non pœnitendū dedit. Ad te igitur, præsul sapientissime, Symphoriani Campegij campos Gallie (qui uerè campus es locupletissimus) mittimus: ut quum seuerioribus imperatorum campis, & rerum humanarū studijs (quibus die noctuq; inuigilas) fueris defatigatus, in has Campegij tui (cuius campus feracissimus es) amœnitates diuertas. In quibus tamen nonnulla ex intimis philosophiæ ac theologiæ penetralibus depropta, atq; mediocri stylo conscripta reperies. Vale patriæ, & nostrum decus: & nos Symphoniacè in campis Campegianis ac Gallicis ludentes ama.



LAVRENTIUS CAMPEGIVS SACRO SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE TITVLI S. MARIAE TRANS TYberim Cardinalis, Symphoriano Campegio Lugdunensi, equiti clarissimo, Peoniae artis doctori spectatissimo, omniumque bonarum artium & humanarum & diuinarum ornatissimo S. P. D.



Larissime uir, & tanquam frater charissime, iucundas admodū tuas accepi Lugduno literas, nono cal. Ianuarias. In quibus tuam in me propensorem necessitudinem perspicio: quippe qui non potueris in reditu à legatione mea me uisere, uoluisti literarum officio animi tui benignitatem exhibere. Ego uero quàm iniquè tulerim, te in transitu obuium non habuisse, facile intelliges, si tibi citra omnē dubitationem persuaferis, in uniuersa

RESPONSORIA:

uersa hac, quam exhausti, peregrinatione, in tantoque celi tractu, nihil præclarior, aut illustrior, uel qd' De Campegij magis mirari ac suspicere debeam occurrisset, quam tuam ipsius præstantiam. Cuius colloquio & cognatione familiarissima me, dum ad Britannos contēderem, beasti. Quandoquidem me dubium tunc reddideris, quid in te mirari potius debeam, an candidissimā probitatem, moreq; honestissimos: an eloquentiā, eruditionem, ac quū in naturalibus oibus disciplinis tum in sacris & theologis doctrinis absolutissimum ingenij tui decus. Vnde facile credideris me in reditu coram tecum esse ardentissime affectasse, uel ob hoc quod affinitate ac consanguinitate, immo & identitate cognominum & familie bonus quidā demon nos colligasse uidebatur. Quod cū pro uoto non daretur, egrè certè ac debui tuli, fortunā incufans. Cuius iniuriam quando aliter reponere non possumus, danda certè utrisq; nostrum opera fuit, ut mutuis literarum officijs ea amicitie nostræ suauitate fruamur, quam locorum interuallo coram affectu qui minimè possumus: hac scilicet opinione conuine desiderium fouentes, ut me tui amantissimū ubiq; locorum habiturus sis. Id quidem te quoq; erga me præstiturum (quæ tua est humanitas) nullo labore mihi psuadeo. Eniti ergo debes, ut me redames, quando ego quoq; unuè te amo: & pro te me, operaque mea, in rem & dignitatem tuam utaris. Eadem sinceritate, quum acciderit, tua usus. Ceterum liberalitatem animi tui amantissime exosculatus sum: lucubrationumq; tuarū munus (quod mihi certè Arabū & regum thesauris potius est) gratissimum habui: cuius pretium, aut merita expendere non huius est epistole. In ipso uero me aliquando oblectabor, & succisuis temporibus nobilissimi monumenti loco mihi fuerit. Nolo de te multa scribere, ne me assentatorē quēdam potius, quàm amicū aut affinem putes. Per nostram amicitā ac affinitatem (quo uinculo nullum potest esse sanctius) oro te, ut ad nos frequenter scribas: per meam erga te flagrantissimam beneuolentiam oro te, ut opera tua (quæ quàm plurima sunt) in lucem edas. Pleni enim sunt symphonie campi tui omnes. Tu interim mi Symphoriane bene uale: & me, ut soles, ama.

Campegiorū affinitas & amor.

Loci distantia nō separat amicitias.

Literarū amor thesauris regum præfertur.



Stylized signature or mark, possibly 'Suzm' or similar, written in a cursive hand.

a iij

Gallia, Cifalpina .i. citra alpes.
 Tranfalpina .i. trans alpes,
 quæ Insubria dicitur.

Gallia Cifalpina, Brachata,
 Comata. quæ Rheno adiacet, a brachis sic vocata. Prouincias
 habet multas (etsi aliquæ in Belgica fuerint) Alsatiã
 siue Heluetiã, Austrasiã quam Lotharingiã vocat, Lu
 xeburgã, Brabantiã, Geldriã, Holandiã, Selandiã.

Gallia Comata, Aquitanica.
 Belgica. Celtica.

Ptolemaeus Galliam diuisit in
 Lugdunensem, q̄ Aquitanicã, quã Belgicã, quæ ha
 & vera Celtica, olim Aremericã bet ab oriẽte Ger
 etsi Græci com vocarunt. mania, ab Euro al
 muni appellatio nes Gallie popu pes, à meridie Nar
 los Celtas dixere. casu Lugdunen bonensem, ab oc
 re. sem. casu Lugdunen taniã, à Circio Aqui
 Galliam. ne Lugdunensem
 Galliam.

Geruasius regni Arelatensis marescalus Galliam diuisit in
 Togatam .i. Longobardiam instar Romanorum.
 Comatam. Brachata .i. Teu
 toniã à lógis bra
 chis.

Comata diuiditur in
 Belgicam. Et sunt in ea, vt Celticam siue Lugdunen
 scribit Geruasius, Heluetij sem. Est enim vera Coma
 fortissima omnium Gallorum ta Gallia, à comis longis.
 gens, quibus perpetua pugna cum Germanis & al
 tercatio, à quibus Rheno Hæc ducta per longum &
 tantum fluuio dirimuntur. per angustum inflexa Aqu
 Sũt & Bellouaci, & Suef Belgicam, à meridie partẽ
 siones Neruij, quorum in prouinciã Narbonensis,
 domita feritas prædicatur: in qua Arelate ciuitas sita
 sunt & Attrebates, & Am est. Et mari Gallico Rho
 biani: sunt & Morini, & danum flumen accipitur.
 Menapij: sunt & Caleci, Aliqui Narbonensem sub
 Veromadui, Eburones, Co Lugdunensi cõprehendũt,
 durces. quæ vera est Celtica.

Duo olim hominum genera apud Gallos in
 præcipuo honore,

Equites: & hi cæterorum ordinum reli
 giosissimi: verum graui morbo affecti, aut
 in periculis cõstituti, pro salute humanã
 hostiam maçtabant. Druidæ: hi sacrificia curare pu
 blica & priuata, religiones inter
 pretari, adolefcẽtes disciplinis in
 stituere.

Duo philosophorum seu theologorum apud
 Gallos fuerunt genera (etsi Diodorus Siculus
 de Galatis affirmat)

Bardi: melodiarũ erant poëtæ. Hi orga
 nis veluti lyra canebant, hos laudantes,
 illos vituperantes. Poëtæ apud eos tanti
 habebantur, vt cum extructa acie exerci
 tus eductis ensibus iactisq; iaculis appro
 pinquaret, nõ solũ amici, sed hostes eorũ
 quoque interuentu à pugna illi abstine
 rent. Ita apud agrestes ira cedit sapietia:
 & Mars reueretur Musas. Saronidæ: Celtarũ erant theo
 logi. Vtebantur insuper diuina
 toribus, qui apud eos cum au
 gurijs & sacrificijs futura præ
 dicerẽt. Maximĩ aestimabatur,
 omni eis obtemperante plebe.
 Erat apud eos cõsuetudo, nul
 lum absq; theologo siue philo
 sopho sacrificium facere.

Flumina præcipua Gallie sunt hæc,

Rhenus,	Dordona,	Mosella,	Gironna
Carantonus,	Druentia,	Matrona,	Sabis,
Ifara,	Scaldis,	Iona,	Alieris,
Ligeris,	Sequana,	Garumna,	Dracus,
Dubis,	Lyris,	Vesera,	Alba,
Rhodanus,	Mosa,	Guardona,	Somona.
Arar,			


Veterum Gallorum diatribæ atq;
 academiæ,

Ara Lugdunensis: in quam conue
 niebant ex vniuerso orbe semel
 in anno philosophi, oratores, ac
 poëtæ. De qua meminit Iuvena.
 faty. prima,
 Palleat, vt nudis pressit qui calci
 bus anguem;
 Aut Lugdunensem rhetor dictu
 rus ad aram. Carnutensis sylua: in quam conuenie
 bant Druidæ, & (vt alij dicunt) Sa
 ronidæ, & Bardi melodiarũ poëtæ.
 Hi semel in anno Lugdunum oran
 di gratia cõcedebãt. Quare aliquan
 do supplicij metu pallebant. Dice
 banturq; Druidæ quasi sub quercu
 bus degentes.

Gallorum neotericorum scholæ, quas diatribas, seu si maioris vniuersitates dicunt.

Colonia Agrippina,	Burdegala,	Monspessulanus,
Maguntia,	Pictauium,	Valentia,
Louanium,	Nanetum,	Tholosa,
Treueris,	Caturcum,	Aurelia,
Basilea,	Biturix,	Cadomum,
Dola,	Auenio,	Andegatum.

Apud Aruernos Gallia populos celebratur Hyssidorus & Billonus. Sed quibus disciplinis, quantopereve sola Parisiorum Academia reliquum orbem vicerit, assiduus testis edocebit Mantuanus Baptista alter poeta, alioqui Franco nomini infestus, dum inquit, Et tua de Graijs migrans Academia campis Ibit ad occasum, vacuasque relinquet Athenas.



DE REGNO FRANCIAE LIB. I.
GALLIAE CAMPVS
TRIA OLIM REGNA. CONTINENS, ALLO
BROGVN, FRANCIAE, ET VASCONIAE,
VNA CVM GALLORVM PONTIFICVM
MYSTERIIS ET DOCUMENTIS, A
DOMINO SYMPHORIANO CAM
PEGIO AVRATO EQVITE,
AC FAVERGIAE DOMI
NO, COMPO
SITVS.

Caput I.



GALLIA LACTEA REGIO, ET CAN
dida dicitur. nam praeter caeteros albi sunt Galli. quapropter a Graecis propter huiusmodi colorem Galatae dicitur: ab eo quod est γάλα id est lac. Galliae Solino teste inter Rhenum & Pyrenaeum, item inter oceanum & montes Gebennam ac Lyrim porrigitur. Cisalpina Gallia, quam Itali Transalpinam vocant; quae vno nomine Comata vocata, in tria populorum genera secatur: omnibus maxime distincta, a Scaldis ad Sequanam. Belgica (a qua Belgae) ab eo ad Garumnam. Celtica, a qua Celtae, & qui finitimi his Hispani sunt Celtiberi. Eadem etiam Lugdunensis a Lugduno Galliarum nobilissima vrbe, inde ad Pyrenaei montis excursus. Aquitania, quae ante Aremorica dicebatur: a qua Aquitani. Sollicitauerunt pleraque gentes Romana arma. Nonnulli etiam diu exercuerunt. Soli omnium Galli feroci & inuicti alioqui populo, supra quam dici possit, terribiles extiterunt. Id natura gentis in ferrum praecipit: an casus captae urbis fecerit, haud facile dixerim. Certarunt Romani cum finitimis populis de principatu: cum Cartaginiensibus de imperio: cum Gallis (vt Salustius inquit) de vita semper. Post captam urbem (vt satis constat) ad omnes bellorum motus, non Romae solum, vt in caeteris bellis, sed tota etiam Gallia semper est tumultuata. Habuisseque Romani dicuntur cum iam eorum opes longum lateque pollerent, aurum in hos bellorum casus sanctius repositum. Et in militaribus vacationibus dandis semper Gallici tumultus excipi consueuerunt. Nec vanus talis metus: cum nulla vnquam gente Romanus populus intra extraque Italiam maiore hominum strage, maioribusque ducum & exercituum periculis bellauit. Nulla itaque gens Italiae formidolosior: nulla maiores ipsi terrae intulit clades.

Color Gallo- rum albus.

Comata Gal- lia.

Celte a quo dicuntur.

Galli praeter ceteras gentes. Ro. formi- dosi.

Salustius In Iugurtha.

ANTIQUI GALLORVM MORES.
Caput II.

DE REGNO FRANCIAE

Gallie diuisio.
Eqtes. Druidae.
Gallorum ordines.
Druidarum religio.
Carnotensis ciuitas olim Druidarum nunc Virginis Deiparae templum.
Ara Lugdunensis. Iuuenalis saty. j.

CAesar dictator omnes Gallicas gentes, lingua, legibus, & institutis inter se differre author est. Multa tamen multis communia: ut factiones exercere; quae non solum in ciuitatibus, & pagis, sed in singulis pene familijs, vulgo reperiatur. Duo hominum genera in praecipuo honore esse: Equites, et Dryidas. Alij Bardos vates, & Saronidas Druidis adijciunt; quorum hi naturalium rerum causis dediti essent inuestigandis; illi laudationibus, & poetiis rebus. Iulius Caesar vno nomine omnes Druidas vocat. Ii sacrificia curare publica, & priuata religiones interpretari adolentes disciplinae instituerunt. Druidas omnem hominum congressum & sermonem declinare, ne contagione polluerentur: vnum omnibus praesse, cui in vniuersum ordinem summa erat potestas. In huius defuncti velut antistitis locum alius suffragio subrogabatur. Cogebatur horum concilium certo anni tempore in Carnutum finibus. Est is locus Galliarum fere medius, nunc sacrus Deiparae Virginis. Ibi enim controversias ex vniuersa gente eo delatas suo componebant decreto. A bellicis rebus Druidae aberant; neque ad tributum cogebantur. Multa millia versuum ediscere necesse erat, qui tali se disciplina tradidisset. Graecae ea tempestate literae Gallis in vsum fuisse. Praerique annos. xx. in ea comparanda morabantur. Credidere illi animas non interire. Multa de syderibus disputabant, de mundi, & terrarum magnitudine, de rerum natura, & deorum potestate. Haec disciplina, postea quae Caesar Galliam domuit, in aram Lugdunensem translata est, de qua Iuuenalis satyra prima inquit,

Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem;
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

A Dite procreati Galli.
Gallorum mores ac ritus antiqui.
Numerosi exercitus olim ex Gallia.
Padus, id est, Eridanus.

Alterum genus Equites. Ii ceterorum ordinum religiosissimi, se ex Dite procreatos persuasum habuere, ob id initium festorum dierum ab ea nocte coepere, quae festam lucem praecessisset, rati noctem illi sacram esse. Liberos ad conspectum suum non prius venire patiebantur, quam per aetatem adoleuissent; ut militaria iam obire possent munia; turpissimum arbitantes, filium adhuc puerum patri assistere. Viri quantas ab vxore pecunias dotis nomine accepissent, tantumdem domesticarum fortunarum aequa aestimatione cum dote conferre. Quicquid fructuum perciperetur, id diligenter asseruari; eiusque esse, qui superstes alteri fuisset. Viri in vxores, sicut in liberos, vitae & necis potestatem habuere. Si qua veneficij conuicta esset, a propinquis mariti igni, sauisque cruciatibus necari. In funere omnia quae viuis charissima fuissent cremare cum defunctis; animalia etiam ipsa. Mira foeminarum fecunditas, ut CCC armatorum millia ac supra, gens vna Belgica ad bellum olim mitteret. Nec illud recens, manibus & lacertis armillas inducere; vestes auro pictas gestare, victoria supra quam dici possit, laeta vincetibus; victis stupor. Ex ipsa itaque Gallia numerosi exercitus alpium asperitate domiti, in circupadanos sese fuderunt campos. quo contingit ut quicquid terrae inter Apenninum & alpes iacet vsque ad Hadriam, praeter Venetum latus, ab ipsius gentis incolatu postea Cisalpina sit Gallia nuncupata. Eam terram Tusci, & circa Apenninum Umbri olim tenuerunt. Padus

mediam

LIBER I.

mediam pene regionem irrigat in gremio Vesuli montis ortus; in quem nobilissimi Italiae lacus exonerantur, Verbanus, Larius, Sebinus, Eupolis, & Benacus. Ex his Ticinus, Abdua, Ollius, Lambrius, Mincius, omnes Padus accolae. Ipse septem ostijs Hadriam euoluitur. Exprimit regio tota theatralem formam, alpibus & Apennino velut in cornua reductis, cui pro scena sit Hadria.

GALLIAE ALIA DIVISIO.

Caput III.

Nunc Galliam recentiores auctores more Rhomanae ecclesiae diuisunt ac distinguunt in tria regna; quorum primum est Francia, secundum Allobrogum siue Burgundiae, tertium vero Vasconiae. Parthenius Phocensis historiarum primo ita scribit, Franci Gallica gens alpium montes accolunt. Aliud praeterea nihil. Appellationis causam nonnulli putant immunitatem stipendiorum, quibus ab imperatore Valentiniano leuati sunt in decemum. Quidam Francos quasi feroces domitis Alanis interpretantur. Ii postea Sycambria ab ipso Caesare pulsae, quae usurpata diutius quam concesserat immunitate, tributa penitus abnegarent, assumptis ex sua nobilitate Marcomiro, Sunnone, & Genebardo ducibus ad Rhenum concesserunt. Ibi constituto oppido Francofordiae nomen indiderunt. In Gallia primum potiti sunt vrbe Treuerorum, L. Romano praefecto dedere. Sed partim eorum praesenti fortuna non contenti, quare diis nouis sedibus egressi, ad Sequanae ripas errore vagi perueniunt; ibique amoenitate locorum capti consistunt; administratione rerum permissa Marcomiro, quem summopere celebrabant & colebant, opinione vulgata quod Priami sanguine propagatus esset; & sit in Gallia Franciae regnum, a quo Francia regio Galliae dicta est. Regnum vero Allobrogum in Gallia originem sumpsit ab rege qui dictus est Alodrox, quod posterum Allobrox protulerunt; quem dicunt fuisse illum qui in australem Celticae provinciae partem comixtas colonias deduxerat vocatas Allobroges. In quibus cosmographi vrbes illustres describunt, Viennam regni caput, Gebennam, Auenionem, Arelaten, & Massiliam. Hoc enim regnum tempore Valentiniani imperatoris a Burgundis fuit occupatum. Erant enim Burgundiones ad Rhenum positi, & Romanis rebus infesti. Paulus Diaconus octoginta Burgundionum millia fuisse ait, qui circa Rhenum confederant, quibus haud multo post sint ad fidem conuersi. Qui regnum Allobrogum postea occupauere. Et tunc regnum Allobrogum ad Burgundiones defecit. Geruasius regis Burgundiae mariscalus, ac regis Angliae nepos de origine Burgundionum ita scribit, Gens Longobardorum prius quam hoc nomen assumeret, exeuntes de Statana oceani insula, aut (ut alij scribunt) Rhodis, vel (ut alij) Scandinauia; de qua Burgundiones sunt egressi (quae est inter oceanum & Danubium) transierunt. Erant Burgundiones ad Rhenum positi, & Romanis infesti. Vasconiae regnum habet tres metropoles, Auxitanam, Narbonensem, Tholosanam vrbes clarissimas. Narbon Colonia Romanorum olim fuit. Hic S. Sebastianus nascitur, & Mediolani nutritur, & Romae moritur. Hic sanctus Paulus episcopus

italiae lacus.
italiae fluij.
Gallie tria olim regna fuerunt.
Parthenius phocensis.
Francorum initium, & origo.
Sycambria.
Francofordia.
Treueri.
Allobrogum origo.
Regni Burgundiae initium.
Geruasius in libro mirabilium orbis.
Vasconiae regnum.

DE REGNO FRANCIAE

beati Pauli discipulus praedicat: & totam Gottiam & septentrionem conuertit.

METROPOLES FRANCIAE

cum suis suffraganeis, Caput III.

Lugdunensis Francie prima sedes.

Hedui.

Matiscon ciuitas.

Cabilon ciuitas.

Lingones populi.

FRANCIA septem habet metropoles cum suis suffraganeis. Lugdunensis prima sedes, cuius titulus numismatis est prima sedes Franciae. hos habet suffraganeos, Hedunensem, Matisconensem, Lingonensem, Cabilonensem. Hedui, vel (vt alij) AEdui populi finitimi sunt Aruernis, Lotharingibus, Sequanis, ac Sabusianis. Inter Celtas hi; hinc nomen priscum latinè retinent. Inter Burgundos nunc nominati; nec citra Ararim flumè aliquos habent fines. Indicata nunc est Burgundiae ciuitas Hedua, & in Fracorum regno sita. Nec hodie sunt Sabusianis finitimi. Matiscon inter Celtas ciuitas nunc Heduorum finibus, ad Ararim flumen, inter Lugdunensem & Cabilonensem vrbes sita. Cabilon ciuitas Celtarum quae olim Cauillonum oppidum Heduorum dicebatur, ad ripas Araris fluij. Lingones inter Celtas populi finitimi Heduis, Sequanis, ac Tulensibus, qui dicebantur Leuci, nomen retinent. ciuitas est episcopalis in Lugdunensi prouincia, hos memorat Lucanus in primo. Hinc Statiu poetam, qui Thebaïda & Achilleïda heroico versu scripsit, ortum tradunt aliqui; alij vero Tholosanum fuisse; alij vero Tulensem, quauis Statij nomen seruum signficet, vt scribit Aulus Gellius.

DE REMENSI PROVINCIA

quae est secunda sedes Franciae, Caput V.

Rhemorum prouincia.

Suffraganei Remensis ciuitatis.

Suessiones.

Catalanenses viri illustres ac diuini.

REMI inter Belgas pximi Celtis, fratres & consanguinei proximique Sueffionibus, cum quibus eodè iure & iisdem legibus utebantur, vnu imperiū, vnumque magistrū cum eis habentes; finitimi quoque Veromanduis Treueris, Metensibus, Catalanensi Laudunensi dioecibus, ac sylvae Arduanae. Ciuitas est metropolis (cuius oēs suffraganei sunt in Belgica) nomen retinēs. In qua Francorū rex vngitur & consecratur. Hos memorat Lucanus in primo. Habet ciuitas Remensis hos suffraganeos, Sueffionensem, Catalanensem, Cameracensem, Tornacensem, Morinensem, Attrebatensem, Ambianensem, Nouionensem, Syluanatensem, Beluacensem, Laudunensem. Sueffiones populi inter Belgas, fratres & consanguinei Rhemorū, eisque attributi, quibus, ac Bellouacis, & oppidis Nouioduno (id hodie est ciuitas Bractus) Pantioque erant finitimi. Agros feracissimos, & latissimos fines habebat. Apud quos rex fuerat totius Galliae potētissimus; qui etiā Britanniae regnū obtinebat, duodecim oppida in Sueffionibus habens. Ciuitas est episcopalis, nomen retinens, in prouincia Remensi prima suffraganea. hos memorat Lucanus in primo. Catalanensis ciuitas est Belgarum in Rhemensi prouincia. Iis S. Flauius, Desyderatus, Trasquilus, Ioannes, & Agricola; Syluester, & Lupus; Veranus & Gracchus episcopi migrant cōfessores. Hinc Gontranus Burgundionum rex gloriosus migrat. Hic S. Caesarius Arelatensis episcopus nascitur. Hic S. Marcellus discipulus S. Phutini Lugdunensis episcopi ab angelo de carcere liberatur.

Neruij

LIBER I.

Neruij populi inter Belgas, Attrebatibus, Ambianis, & Morinis vicini. Neruij ponunc Tornacenses dicti. Ciuitas est episcopalis in prouincia Rhemensi. Hos refert Lucanus in primo. Neruij vniuersum Caesaris exercitum deduxerunt ita, vt Neruiorum praelio rem in angusto vidisse Caesar affirmet. Morini populi sunt inter Belgas, Attrebatibus, Ambianis, Neruijs finitimi. Ciuitas est episcopalis, quae nomen retinet Morinū; in prouincia Rhemensi sita est. Nouiodunū inter Belgas ciuitas finitima Sueffionibus, & Veromanduis, proximū Parrhisij, in prouincia Rhemensi. Cameracenses populi sunt inter Belgas, Attrebatibus, Ambianis, ac Neruijs, finitimi. Nunc ciuitas imperialis. Bellouacorum ciuitas siue Belgium nunc est episcopalis in prouincia Rhemensi, magnā & inter Belgas auctoritate, atque hominum multitudine praestās. In qua Caesar interdum hyemauit, ac plures legiones eius. Siluanatensis ciuitas prope Parrhisios, in prouincia Rhemensi.

DE PROVINCIA SENONENSI,

quae est tertia sedes Franciae, Caput VI.

SENONENSIS Franciae archiepiscopus hos habet suffraganeos, Parrhisensem, Carnotensem, Aurelianensem, Niuernensem, Altisiodorensem, Trecentensem, Meldensem. Senones inter Celtas & finitimi Belgis, Parrhisij, ac Carnutibus. Fuerant antiquitus ante Caesarem in fide Heduorum. Ciuitas est metropolis: cuius omnes suffraganei sunt in Gallia Celtica. hos memorat Lucanus in primo. Senones Galli CC ferme anno post eos qui cum Beloueso alpes transierunt, Rhomam uenisse traduntur; atque ab illis Senonibus Roma est capta. Quam cladem futuram Heraclitus Ponticus praedixit: qui prius, quam vrbs ipsa caperet, vita decessit. Sed maior fides Aristoteli habenda est, quum et ipse (vt Plutarchus scribit) Romam à Celtis capiendam praedixit, & à Fuluiō seruandā, quod ad Camillum referendū sit, uelut M. L. Camillus sit, non Fuluius nominatus. Sed (si Eusebius rite tempora digerit, quum capta est Rhoma, aut nondum natus erat Aristoteles, aut saltem infans erat. Annus ille quo Roma à Gallis capta est (vt Liuius scribit) sexagesimus fuit ab eius cōditione ac trecentesimus. Plinius quatuor huic numero annos adiicit. Fuit que idem à mundi origine octingentissimus decimus supra quater millesimum, olympiadis septimae ac nonagesimae secundus; quo anno Amyntas vnde uigesimus Macedonū gentem ac regnum cepit.

DE TVRONENSI PROVINCIA

quae est quarta sedes Franciae, Caput VII.

TVRONENSIS prouincia hos habet suffraganeos, Cenomanensem Rhodomensem, Andegauensem, Nanetensem vel (vt alij dicunt) Mauronensem, Corisopitensem, Venetensem, Maclouensem, Briocensem, Tregoriensem, Leonensem, Bolonensem. Turones populi inter Celtas, Carnutibus, & Andegauensibus finitimi. Ciuitas metropolica: cuius omnes suffraganei sunt in Celtica, & ex maiore parte in Britanniae citerioris ductu. Huius vrbs episcopus fuit Gatianus, ano imperij Decij primo, vir sanctus.

b iij

DE REGNO FRANCIAE

Lictorius episcopus. S. Martinus.

S. Brixius.

Eustochius episcopus. Perpetuus episcopus. Verusepiscopus.

Licinius episcopus.

Theodorus & Proculus episcopi

Ommatius episcopus.

Leo episcopus.

Fracillio episcopus.

Iniuriosus episcopus.

Baudinus episcopus.

Guntharius episcopus.

Euphronius episcopus.

S. Gregorius

ctus ac deuotus: qui multos idololatrias sua praedicatione conuertit ad CHRISTVM. Stetit in episcopatu. xxxviij. annos. Secundus fuit Lictorius, anno Constantis primo ordinatus episcopus. Huius tempore S. Martinus in Gallijs praedicare coepit. Sedit annis. xxxiij. Tertius sanctus Martinus anno nono Valentis fuit, Panonius siue Hungarus ex Sabazia ciuitate. Cuius vitam Sulpitius Seuerus scripsit latino ac oratorio sermone. Et mortuus est anno aetatis suae octogesimo primo. Quartus fuit S. Brixius anno Archadij & Honorij secundo. Erat enim ciuis Turonicus. Fuerunt omnes anni episcopatus eius. xlvij. Quintus fuit diuus Eustochius, vir sanctus, timens deum. Sedit annis. xvij. Sextus fuit Perpetuus de genere senatorio. Sedit annis. xxx. Septimus fuit Volusianus ex genere patritio, vir religiosus, & sanctus. Sedit annis. vij. Octauus fuit Verus, qui a Gottis in exiliu missus vitam finijt. Sedit annis. xj. Nonus Licinius ciuis Andegauus. Huius tempore Clodoueus de Gottis victoriam habuit. Sedit annis. xij. Decimus fuit Theodorus, & Proculus, iubente beata Chrodiede regina. Erant ambo senes valde. Rexerunt ecclesiam Turonicam simul annis duobus. Vndecimus fuit Dionysius: qui omnia quae habebat dedit ecclesie. Sedit menses. x. Duodecimus fuit Ommatius, de senatoribus ciuibuscq; Aruernis. Erat enim diues valde; & cuncta quae habebat distribuit ecclesijs. Sedit annos tres, menses quinq;. Tertiusdecimus Leo fuit. Ex abbate S. Martini ordinatur episcopus. Sedit menses sex. Quartusdecimus fuit Francilio. Ex senatore ordinatur episcopus. Ciuis Pictauus, habens coniugem Claram nomine, sed nullos filios. Erant enim ambo diuites valde; sed omnia dederunt ecclesiae. Sedit annis tribus, mensibus sex. Quintusdecimus Iniuriosus, ciuis Turonicus. Hic aedificauit ecclesiam S. Mariae, intra muros vrbs. Sedit annis. xvj. mensibus vndecim. Sextusdecimus fuit Baudinus. Ex referendario Clotarij regis ordinatur episcopus. Habes filios multos, diues valde, sed eleemosynis pditus. Sedit annos. x. menses. x. Decimusseptimus Guntharius. Ex abbate sancti Euanrij ordinatur episcopus. Abbas prudens, sed episcopus factus vino deditus, pnestolidus, & amens apparuit. Sedit annis duobus, mensibus. x. Octauusdecimus Euphronius; ex genere senatorio, vir egregiae sanctitatis. Cuius tempore ciuitas Turonica cum omnibus ecclesijs igne cremata est; de quibus duas reparauit. Sedit autem annos. xvij. Nonusdecimus fuit S. Gregorius, vir utiq; sanctus & doctus, qui ecclesiam S. Martini post eius incendium instaurauit. Scripsit vir iste sanctus historiam Gallorum, a resurrectione vsq; ad transitum beati Martini, & a transitu S. Martini vsq; ad memoratum superius annum. Multaq; alia scripsit sermone non rhetorico; sed familiaris & scholastico. De alijs episcopis post Gregoriu nihil scribemus.

DE RHOTOMAGENSI PROVINCIA (quae Neustria) quinta sede Fraciae. Cap. VIII.

Neustria, q̄ nunc Normannia.

Rhotomagensis ecclesia hos habet suffraganeos, Baiocensem. Abricensem, Sagiesem, Ebriocensem, Lexouiesem, Costantiensem, Abricensem. Rhotomagus ciuitas est in Neustria prouincia, citeriori Britanniae affinis

LIBER I.

affinis: quam Rolo receptam a nomine suae gentis Normaniam dixit. In Normania. qua Rhotomagus ciuitas sita est. Normanus septentrionalis homo inter unde dicitur. est. pretatur. North Danorum lingua septentrio est; Man homo. Rolo baptisimi lauacro admotus Rubertus dici voluit. Iussi sunt Normani annuū vectigal pendere Francorum regibus, ne terra bello quaesita crederetur, sed alieno beneficio parta. Ante Adriani creationem (si Blodo credamus) cum ea gente est debellatū. Habuit Carolus Simplex in animo Normanicū nomen delere: sed quia sine magna suorum clade fieri non potuit, Galliae partem vltra Sequanam fluium ipsi genti attribuit, quae ab ipso gentis incolatu Normaniae postea nomē adepta. Fuerūt Normani natione Daci, Daci populi. ex ijs qui inter Germanicum oceanum sunt expositi. Dicuntur & Dani a quibusdam, cum multo verius Dauī dici potuerint. Hi per oceanī oram in Agtania classe delati, per Sequanae ostiū ipsi terrae insinuatī, prouiciā sine militari praesidio adepti, primo foede populati sunt: mox saepius atrocino repeta, nunc Lygerim, nunc Sequana, subeuntes, etsi aliquādo immaniter occisi: non prius tamen infestare desierunt, q̄ Carolus cognomento Simplex (quia plus nimio eius gētis opes inualuissent, q̄ vt tuto his resisti possent) ROLONI eorum duci filiam ea cōditione vxorem dedit, vt Christianam amplexaretur fidem: attribuitq; generosam eam Aquitaniae partem, quae tunc Neustria fuit, citeriori Britanniae affinis: quam Rolo receptam a nomine suae gentis Normaniam dixit. Caput huius prouinciae est Rhotomagus. hic S. Melanus de milite episcopus a Stephano papa apostolus Normannorum dicitur est. Et sub Valentino imperatore moritur.

DE PROVINCIA BITURICENSI, sexta Francia sede. Caput IX.

Archiepiscopus Bituricensis hos habet suffraganeos, Claromontensem, S. Flori factum per Io. papam. xxij. Rhuenensem, Vabrenensem factum per praedictum Io. papam, Caturcensem, Lemouicensem, Tulensem factum per eundem papam, Mimatensem, Albiensem, Castrensem factum per eundem papam, Anicienssem exemptum. Bituriges sunt populi inter Celtas. Eorum fines ab Heduis (quorum erant) in fide Caesaris Lygeris fluius diuidit. Proximi sunt Aruernis. Ii. xxj. vrbes eorum vno die incenderūt, vt Caesarem cōmeatu & pabulatione prohiberent. Ciuitas est metropolis, retinens nomen, in ducatu Bituricensi & regno Francorum sita. Hos memorat Lucanus libro. j.

DE PROVINCIA BURDEGALA, lensi, septima sede Francia. Caput X.

Burdegalensis archiepiscopus hos habet suffraganeos, Pictauiensem, Maleacensem, Lucionensem, factos per Ioannem Papam. xxij. Sanctonensem, Engolismensem, Petragoricensem, Sarlatensem factū per eundem papam, Agenensem, Codomiensem etiam factum per eundem papam. xxij. Burdegala clara ciuitas Agtaniae. Hic sub Leone primo claruit Prosper religiosissimus, illustris, & in sacris literis mirabilis, cōsocius beati Perpetui episcopi Turonensis. Scripsit contra Macedonium de Spiritu sancto,

Qui Bituriges populi.

Suffraganei Burdegalensis ciuitatis.

Prosper doctus valde.

DE REGNO GASCONIAE

Hic S. Amandus, hic Ausonius poeta Christianus inter omnes clarissimus.

DE REGNO GASCONIAE, VEL (VT ALII DICUNT) VASCONIAE LIBER SECVNDVS.

Caput I.



VASCONIAE siue Vasconiae regnum habet ab ortu Allobroges confines, & Aquitanos: at vero ab occasu oceanum habet, & à meridie Hispaniam. Caput regni olim fuit Tholosa ciuitas clarissima: ex qua emerfit prouerbium, Aurum Tholosanum. Fuerunt Scordisci Galli, qui Brennonis ductu Delphos oppugnarent perpetrato sacrilegio. Alij ex eo comitatu in Macedoniam, nonnulli in Galliam ut paratam abierunt. Ex ijs non parua manus inter eundum ad Danubium & Sabim confluentem cōsedit: qui se Scordiscos dixere. Cum enim Delphica praeda reuersi Tholosam (ea tamen ciuitas totius gentis erat caput) graui pestilentia excipiuntur, qua oraculo defuncturi omne argentum & aurum sacrilegio quæsitum in Tholosanum miserunt lacum. Id non paruo annorum interuallo Q. Cepio cōsul, quum in Gallia bellaret, sustulit. centum & decem millia pondo auri fuisse dicuntur, argenti quinquagies centum millia, vt Trogus est author. Quæ res ipsi duci & exercitui excidio fuit. Transiit inde Tholosanum aurum in prouerbium, velut res infaustas habentibus. Gotti & Visigotti olim eam terram tenuerunt. Prima eorum mutatio à Clodoueo Francorum rege est orta: qui Alarico Visigottorum vel (vt alij) Gottorum regi bellum intulit. Illati prætextus fuit, quod Gotti Arriani essent ex Burdegala, vel (vt alij) ex Tholosa. Alaricus cū exercitu profectus hostem ad se venientem in campo Vodadensi decimo ab urbe Pictaui militari excepit. Fuitq; id prælium atrox, & aliquandiu anceps. Ad extremum Alarico cadente Visigotti fusi cæsiq; sunt. Prima quidem pugna post Christianam fidem conditam aduersus impios tam feliciter depugnata est. Exercuit Clodoueus crudeliter victoriã in Arrianos, diripuitq; Burdegalã, & Arrianarũ vrbũ p̄cipuas. Almaricus Alarici filius & Theodorici gener tam atroci clade percussus, cū his qui pugnae super fuerat Pyrenæũ saltum insedit, vt Hispaniam tueretur. Regnavit autem Alaricus rex Gasconiae, xxij. annos. Clodoueus vero apud Burdegalã vrbem hyemem agens cunctos thesauros Alarici Tholosam auferens Angolismũ venit. Cui tantã gratiam Dominus tribuit, vt in eius contemplatione multi sponte corruerent. Tunc exclusis Gottis vrbem suo dominio

Vasconie regnum.

Tholosa olim regni Vasconie caput.

Aurũ Tholosanum.

Q. Cepio cōsul.

Clodouei in Alaricũ bellum.

Clodouei in Arrianos uictoria.

LIBER II.

minio subiugauit. Clodoueus p̄senti victoria lætus, auctusq; insuper Anastasij imperatoris muneribus, & Augusti appellatione ornatus, sedensq; equo insigni nummum in publicum sparit in argumentum lætitiæ. Miserat enim Anastasius imperator, qui Clodoueo suo nomine de præsentibus rerum successu gratularẽtur. Attulerunt qui ad id missi sunt illi tunicã blazcream dono, qua soli utebantur imperatores; & alia quædam insignia. Quare Clodoueu patritiũ, cōsulẽ, & Augustũ Anastasij noie appellarunt. Quapropter Francorũ reges iperatori Romano nõ subijciuntur. Inde Clodoueus per faustas acclamationes Parrhisios reuersus, ibi regiam fixit sedem: edificauitq; magnificentissimo apparatu templũ, quod principi apostolorum pro victoria vouerat. Gasconia seu Vasconia regnum tres habet metropoles, etsi tempore Alarici duas tantum haberet. Nam episcopus Tholosanus olim prouinciæ erat Narbonensis, sed factus est archiepiscopus per Io. papam. xxij. Hos habet suffraganeos, Appamiarum, Montifalẽ, Rauensem, S. Pauli, Romberiesem, Mirapiscẽ, Vantenensem. Tholosa olim fuit colonia. Hic S. Saturninus apostolus Vasconum moritur martyr. Hic S. Eugenius episcopus eius successor prope Lutetiam moritur martyr. Hic S. Seuerus dictus Sulpitius discipulus S. Martini vir clarissimus, qui gesta scripsit eiusdem. Scripsit & dialogos de anachoritis AEgypti ornato & Latino sermone per celebres.

Anastasius imperator.

Tunica blazcrea ad Clodoueu missa.

Vasconie regni id est Gasconie.

DE NARBONENSI PROVINCIA,

quæ est secunda sedes regni Vasconia, & metropolis prima. Caput II.

Narbonensis Vasconia siue Gasconia archiepiscopus hos habet suffraganeos, Carcaffonensem, Bitenensem, Agatenensem, Magalonnensem, Nemausenensem, Vticensem, Eluensem, Lodonensem. Vascones in Aquitania populos non memorat Cæsar, sed Tacitus. Sunt enim populi ad verbera prompti, ac natura flaua bile abundantes, bella quàm pacem malunt. Narbon Gallia ciuitas antiquissima, finitima Tholosatibus. Strabo quum Lugdunũ supra cæteras Gallia ciuitates laudaret, semper Narbonẽ excipiebat, vnde de Lugduno inquit, Lugdunum in colle cõditũ, vbi Arar amnis Rhodano cõmiscet, Ro. tenet iperio: ap̄iori quoq; supra reliquas Gallia vrbes, excepta Narbone, floret virorũ ordine. hæc Strabo. Etenim ea est ciuitas, quæ de omni & laudis & virtutis genere cū quauis nõ modo earũ quæ hac tempestate præclaræ atque per celebres habentur, verum etiam cum omni possit antiquitatis memoria contendere.

Suffraganei Narbonensis ciuitatis.

Narbon ciuitas clarissima.

DE AUXITANA PROVINCIA, QUAE

est Vasconia tertia sedes, metropolis vero secunda. Caput III.

Auxitanus archiepiscopus hos habet suffraganeos, Aquensem, Lectorensem, Conuenerum, Conseransem, Tarinensem, Olorensem, Bigorensem, Adurensem, Visiatensem, Baionensem, Lusurensem, Rigonensem. Auxitana puincia sita est in Vasconia. Aux hebraicè à Mose Iob ex ciuitate profertur: qui antea in Syria curua posuit Auxitides. Ex quibus Iob san-

Auxitana ciuitas.

Mose. Iob ex ciuitate aux.

LIBER III.

DE REGNO ALLOBROGVM

Aufones populi.
Dionysii Halicarnasensis.

crissimus oriundus fuit, vt testantur Hebraei. Nam eius prouincia & vrbs ab Hebraeis non Vs sed Aus vel Aux scribitur. Graeci quidam atq; Latini Graeculi asserunt Auxones vel Aufones Apulos dictos ab Aufone Vlyssis filio, conditos post Troianum excidium; horum falsitas & figmentum refellitur authoribus alijs Graecis & Chaldaeis. Dionysius enim Halicarnasensis in primo libro Graecas historias referens, ait, primas colonias ex Graecia in Italiã vel Galliã transportatas fuisse ab Oenotrio Arcade, decem & septem aetatibus, idest, quingentis et decem annis ante Troianum excidium.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE ALLOBROGVM

REGNO, AC BVRGVNDIAE SEV

VIENNENSI

LIBER TERTIVS.

Caput I.

Allobroges postea Burgundi dicti.



ALLOBROGES sunt Celticae Galliae incolae, Rhodanoque ex parte accolunt. Eorum metropolis Vienna, quae Rhodano amne alluit. Rei bellicae olim studiosi, mox agrorum cura subiit. Gessit inde cum his bellum Fabius Maximus Aemilianus Pauli nepos. Birtutum Aruernorum regem in genti praelio uicit; caesaque sunt una pugna (ut Livius scribit) centum & viginti Gallorum millia; Strabo. cc. numero profligata prodidit, eum. xxx; nec amplius Rhomanorum millia in acie steterunt. Sunt autem Allobroges populi citra Rhodanum fluvium, ad Lemanni Lacus ripas extra Belgas, Celtas, & Aquitanos; quauis nonnulli inter Celtas Allobroges ponant. horum meminit Iuuenalis satyra prima; & Salustius in Catilinae historia. Referunturque in epistola Planci inter familiares Ciceronis, quae incipit, Nunquam me hercule. Allobroges enim qui cis Rhodanum habitabant, finitimi erant Galliae prouinciae Rhomanorum; propter quod cum Rhomanis paulo ante bello contenderunt. ac nuper parati erant. Inde constat Delphinatum fuisse tunc ex parte Galliae prouinciae, quae Rhomanorum erat, quum esset finitima Allobrogibus; fuisse etiam Allobrogum, inter quos fuit Vienna ciuitas metropolis secundum Strabonem. Id non paruo annorum interuallo Burgundi (ut superius dictum est) Allobrogum regnum occuparunt, & ab ipsis regnum Burgundiae nomen sumpsit. & facta est Vienna ciuitas metropolis, & archiepiscopus regni Cancellarius; cuius numismatis inscriptio habet maximas sedes Galliae. Quae & ipsa carcer dicebatur olim imperij. unde Pontius Pilatum a Tyberio damnatum Viennam missum quidam scribunt; ac post Pilatum Herodem

Herodem tetrarcham cum Herodiade uxore missum asseuerant, vel (ut alij) Lugdunum, ut Iosephus author est. Metropolis Allobrogum hos habet suffraganeos, Valentinenem, et Disenem (coniuncti sunt) Viuariensem, Gratianopolitanensem, Maurianensem, Gebenneem. Vienna enim ciuitas Allobrogum, ac Burgundiae regni caput, & sedes prima; a qua dictum est Viennense regnum. multas habet metropoles ciuitates. est enim Vienna vrbs antiquissima, a Venerio Africae exule nominata; quae biennio perfecta fuerit, primum bienna, paulo post b in v versa vienna nuncupata; qua postea Romani senatu composito Senatoriam appellare voluerunt.

ALLOBROGVM SIVE BVR

gundionum metropoles. Caput II.

Burgundiae regnum sex habet metropoles, Viennensem caput regni, Bizuntinensem, Tarentasensem, Ebredunensem, Aqueensem, Arelatensem. Viennensis in spiritualibus caput regni, et regni cancellarius. Quae & maxima sedes Galliae dicitur, & maximus primas. Quauis Lugdunensis iure primas Fraciae dicatur potius, quam Galliarum. Titulus numismatis & inscriptio Viennensis habet maximas sedes Galliae; Lugdunensis vero prima sedes et Fraciae regni primas dicitur. Archiepiscopus Bizuntinus hos habet suffraganeos, Basilienensem, Lausanensem, Bellicensem. Tarentasensis hos habet suffraganeos, Sedunensem, Augustensem. Ebredunensis hos habet suffraganeos, Aqueensem, Nicienensem, Antipolitanum, Grassensem, Glaudetensem, Senocensem, Vencienensem. Aqueensis archiepiscopus hos habet suffraganeos, Aptenensem, Begensem, Vapincensem, Sistaricensem, Foroiulienensem. Arelatensis archiepiscopus regni Burgundiae in temporalibus caput, Massiliensem, Auenionensem, Tholonensem, Cauallicensem, Vasionensem, Tristasterciensem, Carpentoracensem, Aurasicensem. Auenionensis episcopus citra paucos annos in archipraesulem a papa est mutatus. Viennensis in spiritualibus regni Burgundiae et Allobrogum caput, ac maxima sedes, et regni cancellarius dicitur. Est enim Vienna ciuitas metropolis, qua Rhodanus fluviorum nobilissimus praeterfluit, ad eius citeriores ripas sita, proxima Aruernorum finibus, ac Lugduno ciuitati finitima, beneque sita. Inde (ut quidam opinantur quum) lege Hortensia absque decreto senatus popularibus Romani in caput Romani ciuis animaduertere non liceret, quos bene ac diu viuere senatus cupiebat, Viennam relegabat. Propterea Tullius consul, Cethego, Lentuloque, & reliquis coniurationis Catilinae conscijs laqueo in carcere Tulliano extinctis, Mauriana domo populariter diruta, exilio mulctatus est, caeteros in Mauriana siue Morianam Viennensis dioecesis regionem Tarentasijis proximam, ubi perpetuae niues ac tenebrae extant, ut de ponto scribit Ouidius in suo de tristibus, ac velut ultra Sauromatas, ut cito moreretur, deportabant. Sic & Viterbium quasi vita inermium veteranorum dictum, quibus bene merentibus, & honesta militia missis, locus ille quietis, ac inter balneas ad curandas aegritudines, Rhomaeque proximus, ut ab ijs (si opus esset) mox consilium haberetur, designabatur. His Rhomana latinaque lingua satis alludit.

Lex Hortensia

De Tullio consule Lentuloque

De Viterbio

DE REGNO ALLOBROGV
DE MIRABILIBVS VIEN
nensis vrbis. Caput III.

Quo tempore Xerxes Perfarum rex Græciam infestabat, Galli Se-
nonēs, & Viennenses Martis, & Victoriæ templū ad orientem vr-
bis Viennæ constituunt. Gracchus Tyberius Sempronius Vienna in vltē
riorem Hispaniam transiens, Plathomam miro opere construxit: & pon-
tem super Rhodanum ab vtroq; latere, castris magnifico opere fundatis,
superduxit, vt Libius historicus in annalibus scripsit. Idem Libius ita scri-
bit, Inde post aliquantum temporis quinq; legiones, consitis in ea quinq;
castris, in circuitu eam insignē fecere: ac publica horrea, & cellaria totius
militiæ ibi cōstituerunt. Ex nominibus autem tribunorum Iulij Cæsaris
nomina castris indiderunt, Grappū, Eumedium, Sospolum, Quiriacum,
Prompeciacū. Mathathias sacerdos leges patrias vendicat, aduersus An-
tiochi duces arma corripiens. vnde ortum martyrium sanctorum Macha-
bæorum septem fratrum nimis venerabile. In quorum honorē Viennēsis
ecclesia fundata anno Neronis secundo.

Festus Iudææ procurator successit Felici: a quo Paulus Romam vincitus
mittitur: & biennium in Iibera manens custodia, posthæc ad prædican-
dum dimittitur: necdum Nerone in tāta persecutione Christianorū irrum-
pente quantam de eo narrant historiæ. quo tempore creditur Paulus ad
Hispanias peruenisse: & Arelate Trophinum, Viennæ Crescentem, disci-
pulos suos ad prædicandum reliquisse.

DE VIRIS ILLVSTIBVS, ET
episcopis antiquæ vrbis Viennē. Caput IIII.

Crescens discipulus apostolorum Viennæ aliquot annis resedit, quo
ad Galiciā reuerso, Zacharias gloriosissimus senex Viennensis epi-
scopus sub Traiano martyrio coronatur.

Martinus Viennensis episcopus & discipulus apostolorum Viennæ rese-
dit. Sed postmodum Plinij Secundi oratoris & historici (qui inter cæteros
iudices persecutor dictus erat) relatu admonitus, eos homines præter cō-
fessionem CHRISTI honesta tum conuenticula, nihil contrarium
Rromanis legibus facere, fiducia sane innocētis cōfessionis nemini mor-
tem grauem ac formidolosam videri, rescriptis illico leuioribus tempera-
uit edictum.

Verus Viennensis episcopus, qui vnus fuit de auditoribus & discipulis
apostolorum, etiam Traiani temporibus doctrina & confessione fidei
floruit.

S. Iustus. Iustus Viennensis ecclesiæ episcopus, illustrissimus in confessione fidei
extitit, Hadriano imperatore regnante. Quo tēpore beatus Phutinus, vel
S. Photinus. (vt aliq;) Photinus Lugdunēsem regebat ecclesiam. Et cum .xlviij. marty-
ribus laurea corona decoratus est.

S. Dionysius. Dionysius quoq; discipulorum CHRISTI auditor Viennēsem post
Iustum regebat ecclesiam. Et tunc temporis Hyreneus episcopus Lugdu-
nensis cum maxima multitudine martyriū perfecit sub Antonio Vero.

Paracocles

LIBER III.

Paracocles Viennensis episcopus, clarus in fide, doctrina percelebris: qui Paracocles.
confessione persistens mansit in episcopatu vsq; ad Maximiani tempora.
Cuius tempore Zacharias Lugdunēsem regebat ecclesiam, Claudio Al-
bino, qui se in Gallijs Cæsarem fecerat, Lugduni interfecto. Quo temp-
ore Victorinus a Gallis creatus est imperator: & paulo post quum apud
Viennam occisus est, tunc temporis Lupicinus Viennēsis ecclesiæ episco-
pus floruit: & tūc Galenus quum remp. deseruisset, ac Mediolani libidini-
bus inferuisset, interemptus est.

Nectarius Viennensis, & Hilarius Pictauiensis, episcopi moriuntur. Et tūc
Valens imperator lege data, vt monachi militarent, nolētes fustibus iussit
occidi. Sed gens Hunnorum diuino numine interclusa montibus, repen-
tina rabie percita exarsit in Gottos: eosq; sparsim conturbatos ab antiquis
sedibus expulit. Gottii traiecto Danubio fugientes, a Valente sine armo-
rum depositione suscepti, per auaritiam Maximi ducis, fame ad rebellan-
dum coacti sunt: victoq; Valentis exercitu per Thraciam sese miscentes,
simul omnia cædibus, incendijs, rapinisq; impleuerunt.

Tempore Theodosij Magni Viennēsem ecclesiā regebat Niceta in dog-
mate fidei præclarissimus. Sed & Lugdunensem ecclesiam tunc Iustus
miræ sanctitatis vtr; qui postmodum relicta sede sui episcopatus, inter san-
ctissimos patres anachoritas mira humilitate latens moritur in Aegypto.
Cuius ossa pio amore solliciti Lugdunenses ad vrbem suam reportant: ossa
quoq; Viatoris sanctissimi comministri ipsius. Constat autem hunc vene-
rabilem episcopum Iustum sub Paschasio Viennensi episcopo nutritum,
Claudij eiusdem vrbis episcopi diaconum: postmodum ad sanctam Lug-
dunensem ecclesiam translatum. Et tunc synodus. cl. patrum in vrbe Con-
stantinopoli congregatur aduersus Macedoniam hæresim, Damafo Ro-
mæ episcopo, & Ambrosio Mediolanensi episcopo regnantibus.

Tempore Clodouei regis Francorum claruit S. Mamertus Viennensis
episcopus: qui cladem imminentem lachrymis & precibus suis ab vrbe Vi-
ennēsum prohibuit. Siquidē incendia crebra, terræ motus assidui, noctur-
ni sonitus cuidam totius vrbis funeri prodigiosum quiddam ac fatale mi-
nitantes: populosis hominum conuentibus domestica syluestrium ferarū
spēs obuersabatur: lupi, vrsi, ac cerui naturaliter pauidi, per angusta porta
rum vsq; ad foris lata penetrabant. Quid multis est? Imminente solennita-
te vigiliarum, qua celebrari festum Dominicæ resurrectionis anua cōsue-
tudo poscebat, ædes publica, quam præcelso ciuitatis Viennēsum vertici
sublimitas in immensum fastigiata sustulerat, flāmis terribilibus cōflagra-
re crepusculo cœpit. Interpellatur nuntio discriminis iucūditas sublimita-
tis: pleno timoris populo ecclesia vacuatur. Omnes nanq; similem fa-
cultatibus vel domibus proprijs casum de quodam prominentis incēdij
arce metuebant. Persistit tamen coram festis altaribus inuictus antistes S.
Mamertus: & calore fidei suæ accendens flumen lachrymarū, præmissam
ignibus potestatem incendio ascendente compescuit. desperatione depo-
sita reditur ad ecclesiam. In eadem vigiliarum nocte sancti paschæ conce-

c iij

DE REGNO ALLOBROGV M

De sancto Se uero Indo.

pit aīo rogationes: atq; ibi cum Deo tacitus diffiniuit quicquid hodie psal mis ac precibus mūdus in clamat. Tunc tēporis S. Seuerus, natione Indus, vir miraculis clarissimus destructo idolorum templo, vbi error gentilis Martem et cētum deos cultura insigni adorabat, ecclesiam beatissimi Ste phani prothomartyris, vt cōsecraretur, pro foribus Viennæ parabat. Sed quum diu reditum beati Germani sustineret, quia idem pergens ad dedi cationem domus se dixerat venturum, contigit vt die eiusdem dedicatio nis, ante q̄ officia inchoarentur, beatissimum corpus episcopi per Viennā deportatum, in eandem ipsam ecclesiam noua quiescendi gratia peruehe retur: sicq; viri dei promissum impletur. Isitius tunc temporis Viennēsem regebat ecclesiam. Cuius diebus præfatus Seuerus ab India Viēnam ve nit: qui episcopus floruit vsq; ad tempora Zenonis imperatoris. Et tūc be atus Eucherius Lugdunensis episcopus in diuinis eruditur, moritur. Hic Eucherius inter alia opera Cassiani quædam opuscula lato plena eloquio augusto tramite vno collegit volumine.

Isitius Vien nensis episco pus.

Diuus Euche rius.

Diui Euche rij opera.

De S. Auito.

De S. Apolli nari.

Gūdebaldus Burgundie rex.

Sanctus Sigis mundus.

Auitus quoq; Viennensis episcopus, eloquentia & sanctitate præcipuus. Cuius frater Apollinaris Valētiæ episcopus, miraculis insignis. Esitij sena toris primum viri, postea Viennensis episcopi duo lumina, clarissimi filij. Hic beatus Auitus aduersus hæresim Arrianam (quæ tunc nō solū Aphri cam sed & Galliam, Italiamq; magna ex parte occupauerat) magno sudo re decertauit. Quod clarissima eius opera testantur. Scripsit enim dialogū heresim Arrianam oppugnans ornato sermone ad Gundebaldum Bur gundionum regē, filium Gundonei. Item duos cōtra Nestorium & Euthi cen authores erroris. Alia scripsit plurima. Hic Sigismundum regem in fide CHRISTI erudiuit, qui agēte illo, postmodum monasterium san ctorum martyrum Angannensium Mauricij sociorumq; eius construxit; quem Sigismūdū postmodum captum à francis occisum vehementissimè doluit.

EPITAPHIV M SANCTI AVITI

Viennensis episcopi.

Vnus in arce fuit: qua quolibet ordine sandi Orator nullus similis, nullusq; poeta. Clamant quod sparsi per crebra volumina libri. Qui vixit, viuuit, perq; omnia secula viuuet.

Iulianus epi scopus.

Dōdinus epi scopus.

Diuus Anto nius.

Pentagatus Viennēsis epi scopus.

Iulianus Viennensis episcopus floruit tempore Valentiniāni imperatoris. Post Iulianum floruit Dōdinus Viennensis episcopus, vir in diuinis ac se cularibus literis eruditissimus. Hic pauperum amantiſsimus fuit, redem ptor captiuorum, vitæq; probatissimus. Per idem tempus corpus S. Anto nij monachi & anachorite diuina reuelatione repertū Alexandriam per ducitur: in ecclesia S. Ioānis baptiste humatur. Scripsit diuus Antonius se ptem epistolas, teste Hieronymo, quas in Lotharingia interpretati sumus. Pentagatus Viennensis ecclesie episcopus floruit tempore Totilæ regis Gotthorum, & Iustini imperatoris. Hic quinq; annis episcopalem sedem si delissimè

LIBER III.

delissimè rexit: sub cōsulatu Paulini iunioris, & Basilij, vita defunctus est. Cui successit in episcopatu Esitius, qui & ipse sub Iustiniāno floruit. Et tūc quatuor fratres Clotharij regnum inter se diuidunt.

Tempore Chilperici regis Mamertus Viennensis episcopus floruit, nobi lis stemmate, sed nobilior vita & eloquio.

Namatus Viennensis episcopus, quo tempore Iustinus imperator amens factus diem obiit, Viennensem ecclesiam regebat; & lxx. vitæ suæ anno defungitur.

Tempore quo Alboinus rex Longobardorum Italie præerat, Philippus Viennensis episcopus clarus floruit. Cuius tempore monasterium S. An dreæ subterioris Viēnæ conditum à Remilla Eugenia. Nam aliud mona sterium superioris sancti Andree in colle ciuitatis iam situm erat post Philippum.

Egnatius vir sanctus, episcopus Viennæ leuatus est. Hic cum sancto Pri sco, Attemio, Senonico, & Remigio Bituricensi, cum alijs sanctis episco pis viginti capitula ecclesiasticè perfectè roborauit.

Tempore Mauricij imperatoris claruit Verus Viennensis episcopus. Et huius tempore Desyderius Augustudunensis genere in ordine diaconi ecclesie Viennensi seruiēbat, tempore Gregorij Magni papæ.

Eo tempore, quo Phocas imperator rogante papa Bonifacio statuit sedē Romanam caput esse omnium ecclesiarum, quia Cōstantinopolitana pri mā se omnium scribebat, florebat tunc Donniolus Viennensis episcopus, vir strenuus, & in redimendis captiuis præstantissimus.

Aetherius Viennensis episcopus, vir omnibus eximius, & præclarus, post Donniolum Viennensem rexit ecclesiam. Cui successit Clatentius vir sa nē eruditus. Clatētio successit in episcopatu Viennēsi Syndulphus vir cla rus. Syndulpho episcopo defuncto Hecticus Viennensis ecclesie præfula tum suscepit, magnæ religionis vir. Claruit vsq; ad vltimum tempus Iusti ni imperatoris: cuius tempore obiit. Post Hecticum Caldeoldus Viennē sem ecclesiam rexit, vsq; ad tempus Theodorici regis. Post Caldeoldum cla ruūt Bobolinus Viēnensis ecclesie episcopus, vir insignis, & clarus sapien tia. Successit Bobolino in Viennēsi ecclesia Deodatus, vir magnæ parfimonie. Et post Deodatum successit Blidrandus episcopus.

Eoldus vir sanctus, Viennensis episcopus ecclesiam rebus auxit. Erat enim affinis Francorum regibus. Tuncq; etiā intra ciuitatē in honorem bea torum martyrum Thebæorum Mauricij & sociorum eius domunculam cretaceam construxit, ibiq; non mediocrem partem reliquiarum siue ex martyribus siue ex alijs posuit. Atq; ex eo tempore rex ecclesie, nomine beati Mauricij inscribitur: quando ex antiquo (vt maior domus) in hono rem septem martyrum Macabæorum, & facultates eiusdem ecclesie sub nomine eorum à fidelibus offerrentur, vt cōsecratæ manerēt. Huic Ostre bertus vir strenuus, & nobilis episcopus successit. Hic sepultus est in villa quadam proprietatis suæ, non longe à Sequana fluuio.

Vuilicarius Ostreberto venerabilis episcopo Viennæ succedit. Qui ob cla

Mamertus Vienn. episco.

Namatus Viennensis episcopus.

Philippus Viennensis episcopus.

Egnatius Viennensis episco pus.

Verus epif. Desyderius.

Donniolus episcopus.

Aetherius episcopus.

Clatentius episcopus.

Syndulphus.

Hecticus episcopus.

Sanctus Eoldus.

Origo eccle sie S. Mau ricij Viennensis.

Ostreburtus episco. Vienn.

Vuilicarius episcopus.

DE REGNO ALLOBROGV M

dem Saracenorum (quū esset domus præclarissima martyrum) citra Rhodanum ab eis iam incensa ossa beati Ferreoli cū capite Iuliani martyris in vrbem transtulit. eisq; accelerato opere non magno pretio ecclesiam construxit; vbi & eorundem martyrum reuerenter composuit. Idem Vuilicarius quū furioso & infano consilio Franci res sacras ecclesiarū ad vsus suos retorquerent, videns Viennensem ecclesiam indecenter humiliari relicto episcopatu in monasterium sanctorum martyrum Agauinensium ingressus vitam venerabilem duxit. Vastata & dissipata Viennensium & Lugdunensium prouincia, aliquot annis sine episcopis vtraq; fuit, laicis sacrilegè, et barbarè res sacras ecclesiarum obtinentibus.

Vuilicarius ex episcopo factus mona.

Ecclesiarum uastatio.

Bertericus episco. vi.

Vrsus episcopus Vienn.

Addo Lugdunensis episco.

Vulphetus episcopus.

Bernardus Vien. episco.

Agobardus Lugdunen. episcopus.

Aglunatus Viennensis episcopus.

Bertericus anno CHRISTI .dcccviij. Viennensem ecclesiam in curam recepit regendam. Erat enim vir bonus, sed simplex. Post ipsum Proculus episcopus, similiter innocens, & simplex.

Tēpore Caroli Magni Vrsus Viennensem ecclesiam regebat; & Addo Lugdunensium. Post Addonē nepos eius Hilduinus paulisper Lugdunensium ecclesiam nō episcopus tenuit; sed postmodū monachalem conuersationem suscepit.

Post Vrsū nimia simplicitatis episcopū Vulpheti (quē Vulphoetam patrio nomine appellauerunt) Baioarias Viennensem episcopatum suscepit.

Bernardus regnante Ludouico pro imperatore Viennensem regebat ecclesiam. Regebat & Agobardus Lugdunensem. Qui ambo apud imperatorem delati, desertis ecclesijs in Italiam ad filium imperatoris Clotharium se contulerunt. Et postmodum pijs imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunensem sedem recepit. Post paulo Agobardus apud Xantonas in expeditione regia positus vita defungitur. Bernardus vero Viennensis episcopus sub imperio Clotharij anno CHRISTI .dccciv. moritur. Et Aglunatus Viennensem suscepit ecclesiam. Amulus quoq; Lugdunensium episcopus efficitur. Et pontifex Rōanus Gregorius moritur; atq; eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto Leo succedit.

Finis Catalogi Viennensis ab initio ecclesie Viennensium, vsq; ad annū CHRISTI .DCCCLXXVII. Quo tpe Ioānes Romanus pontifex in Gallias venit, tpe Caroli, qui dictus est Simplex.

CATALOGVS ANTISTITVM CIVITATIS

Lugdunensium, ab origine sua vsq; ad presentē archiepiscopum. Caput V.

Quum inter lectitandum mihi vrbis Lugdunensium regie tot viri doctri na & sanctimonia celeberrimi secundis (vt aiunt) aurbus occurrissent, ab eis selegere archipræsules aliosq; quā plurimos honestate, sanctitate, & vita præstantissimos dignum duxi. quos hic in nostris ipsorum codicibus appositos esse diligenter ego Campegius incubui; vt quorum memoria non minimo nobis in posterum sit adiumento. Et sunt, S. Phutinus, i. lucidus, natiōe Græcus, cū .xlvij. martyribus coronatus est. S. Hyreneus qui cum vndeuiginti millibus martyrum in colle pro CHRISTO decollatus est.

Zacharias, Helius, Faustinus, Verus, Iulius, Thomeus,

LIBER III.

Thomeus, Vocius, Maximus, Tetradius, Verissimus. S. Iustus, vir olim prophético numine, sanctitateq; morū donatus. de quo si plura desyderes, nostrum libellum de claris Lugdunensibus adito.

S. Alpinus; qui baptisteriū templumq; diui Staphani conditum curauit. Martinus, S. Elpidius confessor, Senator.

S. Antiochus, S. Sicarius, S. Eucherius confessor; impēsis cuius apostolorū basilica cōstructa fuit.

Solonius; qui ipsammet apostolorū basilicam à diui Eucherij morte ætate sua delapsam, simul & tēplū Athanacū istaurationi pristina restituit.

S. Desyderius confessor, S. Veranus confessor. S. Pathicus confessor; cuius opera, & sollicitudine templum diui Hyrenei extructum fuisse constat.

S. Africanus ducis Burgundia quondam filius. S. Rusticus confessor, S. Viuentiolus confessor,

S. Stephanus confessor, S. Lupus confessor, S. Lupicinus confessor, Leontius.

S. Sacerdos; qui templa sanctorū Pauli & Georgij, necnon & beata Eualia, miro artificio perfecta summopere studuit.

S. Nicetius confessor, Priscus. Atherius; cui quā plurima literarū monumēta dedit papa Gregorius.

Secundinus. S. Arigius; qui templum crucis beatissimæ, & S. Iusti monasterium factū mirificè procurauit.

Tetricus, Gaudericus, Viuentius. S. Annemundus martyr; qui S. Petri tēplū construxit, plurimaq; dote non vulgari perornauit, vt oēs satis animaduertant; deinde vestales (quas vulgus appellat moniales) primus instituit.

S. Genesius. S. Lambertus; tempore cuius antiquissima & sancta apostolorū basilica prima Francorum sedes initium sumpsit; ac templum S. Stephani per beatū Alpinum (vt diximus) extructum. In qua quidam sanctissimi Nicetij nomen tunc remansit in hodiernum vsque diem, vbi innumeris decorabatur, decoraturq; quotidie miraculis.

Isaac, Addo, S. Remigius, Anchericus, Loboynus, Eldoinus, Alimala, Guido, Gadinus, Leydradus, Aurelianus, Bernardus.

Fraldus, S. Agobaldus, Bernardus, Madabertus, Aynolus, Austerius,

Amblardus; hic Athanaci monasterium sumptuosè reparauit. Brochaldus, Odolricus, Almardus.

Humbertus; iste pontem super Ararim fluuium ædificauit. Hugo prius Diensis episcopus; qui canonicos regulares in S. Hyreneo cōstituit, illucq; misit.

Ganceranus; sub q; abbate primo Athanaci papa Paschalis. Is Lugdunū

DE REGNO ALLOBROGV M

veniens Athanaci templum consecrauit.
 Umbaldus, quondam archidiaconus Heduenfis.
 Fainardus abbas Varciliacensis.
 Petrus: qui fuit epifcopus Viuarrenfis.
 Falco primus Lugdunensis diaconus.
 Amedeus, Humbertus, Heraclius, Dredo electus.
 Guichardus abbas Pontiniaci, Ioannes, Petrus.
 Raynardus: qui templum Lugdunense multorum cōstructionibus castrorum abunde nobilitauit.
 Robertus: qui fuit Claromontensis epifcopus.
 Radulphus: qui vnum mensem rexit ecclesiam anno. mcccxxxv.
 Emericus: qui pontificatum suum anno. ij. Innocētij quarto resignauit.
 Philippus de Sabaudia electus: qui. xxij. annis Lugdunensem rexit ecclesiam. Sed eius facta resignatione comes Burgūdiæ vel Sabaudia creatur.
 Petrus secundus ordinis p̄dicatorū: q̄ postea factus est cardinalis. deide papa.
 Aymarus monachus Cluniacensis: cuius consecratio à papa Gregorio decimo facta fuit anno Domini, mclxxiiij.
 Rodolphus de Theleta, prius monachus Elimiacensis.
 Ioannes: quo senescente, & ob hoc cedente Raynaldus eligitur.
 Raynaldus. Beraldus, postea cardinalis.
 Henricus de Villars: qui in templo Lugduñ facellū beate Marie Magdalenes construxit. Ludouicus de Villars: qui. S. Nticeij canonico seculares cōstituit Petrus de Sabaudia. Guilielmus de Sura: qui fuit archidiaconus Lugdunensis, Guido de Bolonia, postea cardinalis.
 Henricus secundus de Villars, primo epifcopus Viuariensis, secundo Valentinenfis, tertio Lugdunensis.
 Reymundus Sequeti, Amedeus de Talaru,
 Guilielmus de Tureio, Carolus de Borbonio cardinalis,
 Carolus de Alenconio comes, Hugo de Talaru electus,
 Ioannes de Talaru cardinalis, Andreas de Spinay cardinalis,
 Philippus de Tureio, Franciscus de Rhoam.

SEQVNTVR NOMINA ABBA

tum Athanacensium à reparatione templi Athanacensis facta per Amblardum archiepiscopum. Caput VI.

Gilbertus, Utubaldus, Asterius, Arnulphus, Ramaldus,
 Dayrannus, Gyraudus. qui rexit quadraginta annis.
 Germanus, Guichardus, Garnerius, Guichardus,
 Humbertus, Artaldus: qui religionē reparauit postea archieps Lugd.
 Gaucerannus, Gaucerannus,
 Bernardus de Chambenaco de Talaro, vir bonus, & mitis.
 Pontius, Otgerius, Berardus, Hugo, Stephanus de Palanius,
 Humbertus de Viuicies: qui construxit facellum abbatiale.
 Ioānes Rufus de Hyserone: q̄ construxit castrū de Vernaysons, pri^o decanus Cluniacēsis, de Bussi, de Chaffeto oriūsus. Guilielmus de Sarcines,
 Girinus

LIBER III.

Girinus Claromontēsis diocesis: qui religionem strenuē reparauit: postea archiepiscopus Neapolitanus: qui de nobis olim bene meritus.
 Ayglorius, Ioslerandus.
 Anhelinus Rigaudi, vir bonus & simplex: qui rexit. vij. annis.
 Humbertus de Varey, vir sapientissimus: qui rexit quinq; annis.
 Ioannes de Palude, vir magnanimus: qui construxit cameram abbatiale, & puteum de Cures: & rexit. xj. annis.
 Guilielmus de Aura, postea cardinalis: qui in nos multa contulit beneficia: hocq; monasterium rexit. vij. annis.
 Bartholomęus de Cuymo, decretaliū insignitus honore, religiosus, patiens, & benignus: qui multa acquisiuit, construxit, & reparauit: multaq; compositiones fecit vtilissimas: rexitq; .xxix. annis.
 Guilielmus Doucien de Doures: qui multa debita persoluit, instaurationesq; plurimas fecit: secum male actum fuit, tū propter bellorum impetus, tum propter cohortium pessimarum coitiones.
 Antonius Terralli diocesis Gratianopolitanensis.
 Theodorus Terralli. Qui ambo quondam à nobilissimis natalibus antiquissimaq; domo Terraliorum in Delphinatu deducti vitam à parētibus non degenerem duxere quā optimam. Cuius quidē Theodori ex fratre filia: mea fuit vxor. Hunc Theodorū Antonius eius patruus à puero educauit, instruxitq; atq; huius dignitatis gradum præparauit: vnde & literis humanis pariter & diuinis à principio summopere illum instituit, & erudiri curauit. In quibus certē, vt erat acri ingenio adolescens, præstantissimus euasit. Quò factum est vt in explicandis negotijs optimā facundiā ab ipsa sua adolescentiā demonstraret. Quapropter & in ipsa iuuenili etate abbatialem dignitatē eidem Antonius eius patruus concessit. In quò quidē monasterio Athanacensi tanta cum omni Lugdunensiu beneuolentia atq; admiratione se exhibuit, vt tandem ad id fastigium meritò peruenire meruerit. In quo quidē cœnobio Athanacensi per octo & q̄draginta annos maxima rerum pericula, atq; naufragia constanti animo maximū experimentū de se dedit. Nulla equidem negotiorum grauitas, aut Athanacensi ecclesie conditio, temporumq; difficultas cōtingit vnquam, quam in monasterio nō fuerit expertus, queve suo nō cesserit cōsilio. Fuit autem Theodorus studiosissimus iuris canonici doctor, & doctorum virorū amantissimus, statura mediocri, facie senecta & serena, canoq; capite: qui tandē anno ætatis suæ septuagesimo, cū in Athanaco esset causone me præsentē percussus diem clausit extremū. Cuius funus ad monumentum patruū sui delatum in basilica Athanacensi apud altare beati Sebastiani sepulchro marmoreo conditum est. Cui tale epitaphiū inscriptum à me est,
 Theodorus Terrali Athanacēsis abbas, natiōe Gall^o, patria Delphinēsis, gēte Terraliorū rexit annis quadraginta octo: ingens gloria fuit: oppugnantoribus Athanacēsis ecclesie intra atq; extra Lugdunū restitit: rem ecclesie auxit, cultor iustitiæ, & religiōis amator, admirabilis eloquio: domum abbatiale etiā multis adificijs exornauit: Chasetū, castrū de Polieu cū sua

DE REGNO ALLOBROGVM.

capella, atq; abbatiale capellam extruxit. Qui multa alia acq;siuit, cōstruxit,
& reparauit; multasq; cōpositiones fecit utilissimas.

Philibertus Naturelli Athanacensis ecclesie cōmendatarius, atq; Traie-
ctensis ecclesie prapōsitus, natione Gallus, patria Burgundus anno dñi
M. ccccvj. post Theodorum creatus est abbas cōmendatarius. Erat vir li-
terarū scientissimus, ac virorum doctōrū obseruantissimus.

Ludouicus de Borbonio cardinalis,

de Talaru diui Ioannis archidiaconus, abbas cōmendatarius, vir
nobilis, ac literarū decus; quem spamus p̄decessorū suorū archiepiscopo
rū Lugdunensium vestigia esse imitaturum.

VATICINIVM SIBYLLAE LVGDV

nensis de passione dñi nostri IESV CHRISTI.

HOs quondam versiculos cecinit sibylla Lugdunensis de salutifera no-
stri redēptoris passione. Sed quid velint accipe. Pontius Pilatus, quū
regiones è laribus suis remotas pererraret, se demū in Italiam recepit, vbi
nemus Fortune omnigenis arboribus, vt pote platanis, cypressis, & huius
modi insitū duce Fortuna comperit. In quo vnam prae omnibus eminentem
(quae malus, Arbor venusta dicitur) & mira siquidem comarū proce-
ritate, & fructuum amoenitate donatam videns, parumper constitit; & (vt
animorum mortalium semper est ambitio) tentauit eius honores (quae po-
ma voco) paucillum surreptus digitis à voluptate; tandemq; summitatem
arboris inuadere. Quem hoc enitentem sibylla nostra Lugdunensis futu-
rorum praecia his demū verbis aggreditur, Quid facis ò demēs? &c. Sed
nihilò motus pergere, quò spes sua vocabat, minus desistit. vnde quā pes-
simè secum actum fuit, quia verbis sibyllae fidē adhibere noluit. Arbitror
neminem latere allegoricè per Fortunae nemus praesentem mundū intelli-
gi, per fructus diuitias, quibus pauperrimè natus tandem valuit Pontius.
vnde superbia ductus, & rerum & honorum perambitiosus malum in ne-
more residētem suis priuauit naturalibus muneribus. A qua tamen nihil
accepisse factus praepotens asseuerauit. Per quā arborem nostrum redem-
ptorem intellige, qui illi tanta bona dederat, sed ingratus morti finaliter
addixit horrendae, tu ipse residuum per te cognosces.

CARMINA SIBYLLAE LVGDVNENSIS.

Fortunae Latij nemus est, septum vndiq; densis

Arboribus, patula luxuriantē coma.

Diffusas platanos licet hic, altasq; cupressos

Cernere, & Idaei tegmina sacra Iouis.

Hic & fulmineos pulcherrima laurus ad ictus

Arcendos celsum tollit in astra caput.

Hic & odoratae cedri, sudataq; stacte;

Hic variae nardi copia multa viget.

At nemore in medio, celebris qua Gallia fulget,

Qua;

LIBER III.

Qua; fluit tenuis Varus, & inde Liger,
Maxima stat malus procero stipite, fulua
Poma gerens, ducibus debita poma bonis.
Quam circum florent nitidissima lilia, summo
Grata Deo, nulla corruturā niue.
Hanc Lugdunensis multa ante aetate sibylla
Mirandam populis vaticinata fuit.
Pontius hunc lucum solus dum forte pererrans
Ingreditur, natus pauperiore domo,
Vt pote qui fuerat modica se merce tueri,
Ex magno capiens parua lucella Deo,
Dum stupet arboreos fructus, frondescq; virentes,
Et nemus hoc superis indicat esse sacrum,
Peruenit ad malum; tandem candentia captat
Lilia, suspiciens aurea poma simul.
Qualia nec diues mittit Phaeacida, sed nec
Hesperius cernat per uigil ille draco.
Quae dum laudat, amat, colit, admiratur, adorat;
Secq; putat facili carpere posse manu,
Nullus enim Hesperius uigil hic draco decipiendus,
Nulla quoq; hic fuerat decipienda soror,
Odit Mercurius iunone Innixus auara:
Et damnat, priscum vituperatq; statum.
Arridet paulum dea lubrica; secq; serenam
Extulerat; dextra subleuat illa virum.
Qui trunco primum media post arbore reptans,
Erigit ad cupidas aurea dona manus.
Deniq; magnanimus summa ad fastigia tendens,
Pomorum digitis grande volutat onus.
Hic iam conspicuus baculo, mitraq; bicorni,
Solutus iam diues possidet omne nemus.
Pergit &, hic pariles & fastidire priores:
Nec quenq; praeter se putat esse deum.
In quem si quisquam tentat quid dicere, iurat,
Se nihil à malo profus habere sacra.
Non tamen à solito cessat dea caeca fauore,
Quum maiore ausu corda superba mouet.
Prouida quod vates Phoebæo accensa calore
Voluens, haec liquit marmore sculpta cauo.
En; Rhodanus plausu resonat Lugdune canoro.
Ast Arari subito corpora mersa gemunt.
Pontius heu Gallæ Siculam coniungere syluæ
Gessit, diuisas montibus, atq; mari.
Iuppiter hos ausus procul hinc arceto nefandos;

d iij

DE REG. ALLOBRO. LIBER III.

Dissipat heu sacrum fex lutulenta nemus.
 Quid facis ò demens? quò tandem insana tumoris
 Mens tendit? tu ne hanc credis ad astra viam?
 Hæc quanq̄ firma est arbor, scandisse cacumen
 Haud tutum; fragiles sunt tenuesq̄ comæ.
 Quas si forte tuo perrumpas pondere Ponti,
 Vnde cadas, & vbi (si sapias) ipse vide.
 Idq̄ simul pensa, q̄ quò magis alta capeffis,
 Pondere concurves hoc grauiore solum.
 Præterea ingenti turbæ expectare caducas;
 Vnus pro multis præda futura viris.
 Hinc auidos cerno tibi sanguine stare propinquos;
 Auri discruciat quos simul atra fames.
 Hinc longæua quibus tua Ponti vita dolori est,
 Quod quæ multorum sunt bona, solus habes.
 Quare auro mitram nimio decorare caueto;
 Aptior vt leuibus stare queas solijs.
 Præmonet hæc vates; suadenti credito vati.
 Non fundit vacuos verus Apollo sonos.
 Habuit enim ciuitas Lugdunensis plures quum militaris disciplinæ peritia,
 tum multifariæ eruditionis excellentia consummatos. Inter quos merito
 primariū sibi vendicat locū sibylla Lugdunensis nobilis iuxta & docta.
 hæc nempe dulci & regulari modulamine de CHRISTI passione vaticinata est.
 Item habuit ciuitas Lugdunensis Luciu Plotiu, qui primus Romanos
 rhetoricam Latinam docuit. Legimus Ciceronem afferere sese,
 Quintumq̄ fratrem in primis adolescētiae annis ab eodem Latinæ linguæ
 rudimenta percepisse.

HABES CANDIDISSI
 ME LECTOR IN HOC INDICE NON
 OMNIA, QVAE IN HOC VOLUME CONTINENTUR,
 sed quæ selectiora, scituq̄ magis digna duximus

<i>Aquitania</i>	Lib. I. Cap. I.	<i>Adurenensis episcopus</i>	ibidem.
<i>Allobroges</i>	Lib. I. Cap. III.	<i>Allobrogum regnum</i>	Lib. III. Cap. I.
<i>Allobrogum origo</i>	Lib. I. Cap. III.	<i>Allobrogum metropolis</i>	Lib. III. Cap. II.
<i>Ambiani.</i>	Lib. I. Cap. V.	<i>Antipolitanensis episcopus</i>	ibidem.
<i>Allarici regis mors</i>	Lib. II. Cap. I.	<i>Agoensis episcopus</i>	ibidem.
<i>Arrianorum disruptio</i>	Lib. II. Cap. I.	<i>Arelatensis</i>	ibidem.
<i>Anastasi imperatoris legatio</i>	ibidem.	<i>Auenionensis</i>	ibidem.
<i>Agatanensis episcopus</i>	Lib. II. Cap. II.	<i>Autus sanctus episcopus</i>	Lib. III. Cap. III.
<i>Auxitana prouincia</i>	Lib. II. Cap. III.	<i>Aetherius episcopus Viennensis</i>	ibidem.
<i>Agirensis episcopus</i>	ibidem.	<i>Addo episcopus Viennensis</i>	ibidem.
			Alpinus

INDEX

<i>Alpinus episcopus</i>	Lib. III. Cap. V.	<i>Franciæ regnum</i>	Lib. I. Cap. III.
<i>Africanus episcopus</i>	ibidem.	<i>Francorum initium</i>	ibidem.
<i>Asterius.</i>	ibidem.	<i>Franciæ metropoles</i>	Lib. I. Cap. III.
<i>Annemundus</i>	ibidem.	<i>Franciæ prima sedes</i>	ibidem.
<i>Addo episcopus</i>	ibidem.	<i>Franciæ secunda sedes</i>	Lib. I. Cap. V.
<i>Ainolus</i>	ibidem.	<i>Franciæ quarta sedes</i>	Lib. I. Cap. VII.
<i>Austerius</i>	ibidem.	<i>Franciæ quinta sedes</i>	Lib. I. Cap. VIII.
<i>Ancherius</i>	ibidem.	<i>Franciæ sexta sedes</i>	Lib. I. Cap. IX.
<i>Amblardus</i>	ibidem.	<i>Franciæ septima sedes</i>	Lib. I. Cap. X.
<i>Alunerdus</i>	ibidem.	<i>Francilio episcopus</i>	Lib. I. Cap. VII.
<i>Amedeus</i>	ibidem.	<i>Francofordiæ nomen</i>	Lib. I. Cap. III.
<i>Aymarus</i>	ibidem.		
<i>Amedeus</i>	ibidem.	<i>Galliæ nomen</i>	Lib. I. Cap. I.
<i>Andreas episcopus</i>	ibidem.	<i>Galliæ diuisio</i>	ibidem.
<i>Abbatès Athanacenses</i>	Lib. III. Cap. VI.	<i>Gallorum ferocitas</i>	ibidem.
		<i>Galli Romanis formidolosi</i>	ibidem.
		<i>Gallorum mores</i>	Lib. I. Cap. II.
<i>Belgica</i>	Lib. I. Cap. I.	<i>Gallorum diuisio</i>	ibidem.
<i>Burgundiæ regnum</i>	Lib. I. Cap. III.	<i>Gallorum ordines</i>	ibidem.
<i>Beluacenses</i>	Lib. I. Cap. V.	<i>Galli à Dite procreati</i>	ibidem.
<i>Brixius</i>	Lib. I. Cap. VII.	<i>Galliæ foeminarum foecunditas</i>	ibidem.
<i>Baudinus episcopus</i>	Lib. I. Cap. VII.	<i>Gallorum numeri exercitus</i>	ibidem.
<i>Bituriges</i>	Lib. I. Cap. IX.	<i>Galli in tria regna diuiditur</i>	Lib. I. Cap. III.
<i>Burdegala</i>	Lib. I. Cap. X.	<i>Galli quare dicatur Franci</i>	ibidem.
<i>Burgundionum metropolis</i>	Lib. III. Cap. II.	<i>Gallorum Allobrogum origo</i>	ibidem.
<i>Bertericus episcopus</i>	Lib. III. Cap. III.	<i>Galliæ que nunc Burgundia unde</i>	ibidem.
<i>Bernardus episcopus</i>	ibidem.	<i>Galliæ Vasconiæ origo</i>	ibidem.
<i>Cisalpinæ Gallia</i>	Lib. I. Cap. I.	<i>Hedui populi</i>	Lib. I. Cap. III.
<i>Celtiberi</i>	ibidem.	<i>Handinus episcopus Turonensis</i>	Lib. I. Cap. VII.
<i>Celtæ</i>	ibidem.	<i>Helius episcopus Lugdunensis</i>	Lib. III. Cap. V.
<i>Cabilon</i>	Lib. I. Cap. III.	<i>Hyrenæus Lugdunensis episcopus</i>	Lib. III. Cap. V.
<i>Catalanenſis ciuitas</i>	Lib. I. Cap. V.		
<i>Clotouei regis gesta</i>	Lib. II. Cap. I.	<i>Iniuriosus episcopus Turonensis</i>	Lib. I. Cap. VII.
<i>Clotoueus factus imperator</i>	Lib. II. Cap. I.	<i>Istius episcopus Viennensis</i>	Lib. III. Cap. III.
<i>Crescens episcopus</i>	Lib. III. Cap. III.	<i>Iulianus episcopus Viennensis</i>	ibidem.
<i>Catalogus Lugdunensium episcopo.</i>	Lib. III. Cap. V.	<i>Iustus episcopus Lugdunensis</i>	Lib. III. Cap. V.
<i>Druidæ Galli</i>	Lib. I. Cap. II.	<i>Lingones</i>	Lib. I. Cap. III.
<i>Druidarum sacrificia</i>	ibidem.	<i>Lupus episcopus Catalonenſis</i>	Lib. I. Cap. V.
<i>Dionysius episcopus</i>	Lib. III. Cap. III.	<i>Lictorius episcopus Turonensis</i>	Lib. I. Cap. VII.
<i>Dondinus episcopus</i>	ibidem.	<i>Leo episcopus Turonensis</i>	ibidem.
		<i>Lupicinus episcopus Viennensis</i>	ibidem.
<i>Eustochius episcopus.</i>	Lib. I. Cap. VII.	<i>Lambertus episcopus Lugdunensis</i>	Lib. III. Cap. V.
<i>Euphronius episcopus.</i>	ibidem.		
<i>Eoldus episcopus</i>	Lib. III. Cap. III.	<i>Metropoles Franciæ</i>	Lib. I. Cap. III.
<i>Eucherius.</i>	Lib. III. Cap. V.	<i>Matiscon ciuitas</i>	ibidem.

INDEX.

Morini	ibidem.	Roma capta à Gallis	Lib.I. Cap.VI
Martinus episcopus Turonēsis	Lib.I. Cap.VII.	Rhodanus fluuius.	Lib. III. Cap.I.
Martis templum	Lib.III. Cap.III.	Rhotomagus caput Neustrie	Lib.I. Cap.VIII.
Martinus episcopus Viennensis	Lib.III. Cap.III.	Rhollo dux Normannorum	ibidem.
Mamertus episcopus Viennensis	ibidem.		
Mirabilia prodigia	ibidem.	Suessiones populi	Lib.I. Cap. V.
Neruij populi	Lib. I. Cap. V.	Senonensis prouincia	Lib. I. Cap. VI.
Noviodunum	ibidem.	Senonēsis ecclesie suffraganei	ibidem.
Neustria idest normannia	Lib.I. Cap. VIII.	Senonenses in Rhomanos	Lib. I. Cap. VI.
Neustrie caput Rhotomagus	ibidem.	Synodus Constantinopolitana	Lib.III. Cap.III.
Narbonensis prouincia	Lib.II. Cap.III	Sacerdos episcopus Lugdunēsis	Lib.III. Cap.V.
Nectarius episcopus Viennensis	Lib.III. Cap.III.	Tornacenses.	Lib. I. Cap.III.
Namatus Viennensis episcopus	ibidem.	Turonensis prouincia	Lib. I. Cap.VII.
Ommatius episcopus Turonēsis	Lib.I. Cap. VII.	Turonensis ecclesie suffraganei	ibidem.
Ostenta ciuitatis Viennensis	Lib.III. Cap.III.	Theodorus episcopus Turonēsis	ibidem.
Ostrebertus episcopus Viennensis	ibidem.	Tholosa ciuitas	Lib. II. Cap. I.
		Tholosanum aurum	ibidem.
Prouincie Francia	Lib. I. Cap. III.	Vasconie metropoles	Lib. I. Cap. III.
Plathora Viennensis	Lib.III. Cap.III.	Verus episcopus Turonensis	Lib. I. Cap. VII.
Pons Viēnsis supra Rhodanum	ibidem.	Vascones populi	Lib. II. Cap. II.
Paraceles episcopus Viēnsis	Lib.III. Cap.III.	Vienna caput regni Allobrogū	Lib.III. Cap.II.
Pentagatus episcopus Viennensis	ibidem.	Viennensis urbis mirabilia	Lib.III. Cap.III.
Philippus Viennensis episcopus	ibidem.	Viennensis urbis uiri illustres & episcopi	ibidem.
Phutinus Lugdunēsis episcopus	Lib.III. Cap.V.	Victorinus imperator	Lib.III. Cap.III.
Perpetuus episcopus Turonēsis	Lib.I. Cap. VII.	Valentis imperatoris edictum	ibidem.
Prodigia Vienna	Lib.III. Cap.III	Viennensis urbis ostenta	ibidem.
		Verus episcopus Viennensis	ibidem.
Quiriacum castrum Viēnsē	Lib.III. Cap.III.	Vilicanus Viennensis episcopus	ibidem.
		Viennensis & Lugdunēsis ecclesie clades	ibidem.
Romanorum formido	Lib.I. Cap.I.	Zacharias Lugdunensis episcopus	ibidem.
Remorum prouincia	Lib.I. Cap.V.	Zacharias episcopus Viennensis	ibidem.
Remensis ecclesie suffraganei	ibidem.		

FINIS INDICIS.

SYMPHORIA NI CAMPEGII EQVITIS AV

rati Parallelia quaedam de viris illustri
bus, ac heroibus Galliae.



A Elesti fretus auxilio, instituti operis expeditionem hinc ala-
crius aggrediar. Sed quid in tam vasta dicendarū rerum sylua
primum amplectar? Tot profectō, ac tanta hac in reputatione
subeunt, vt haud minus arduum sit huius rei principium iue-
nire, quā exitum. Nihil facile, nihil non magnum, nihil non
amplum, nihil non sublime occurrit. Sed quoniam ars militaris inter omnes
artes prior est, ab ea incipiemus, omillis iam paulō superius cōnumeratis
ne superuacanea fiat repetitio eorum, quibus sol iustitiae radios suos non
cōmunicauit. Nonnullos vocabo testes, quorum gesta notiora sunt, quā
Lucus Marti, aut cuiq̄ sua domus.

De arte mili-
tari.
De illustrib.
qbus sol iusti-
tie radios nō
cōicauit.

DE BELLO VESO ET SIGOVESO.

EX Celtica (quae ad Comatam pertinet) Gallorū primū (vt Liuius exi-
stimat) Belloueso duce alpes transcendere. Ambigatus qui tunc latē
regnum Gallorum obtinebat duos sororis filios, Bellouesum, & Sigoue-
sum cum magnis exercitibus nouas sibi terras querere iussit. Illi prouin-
cias inter se partiti. Hercinios saltus Sigonēsus sortitus est: Bellouesū
Italiam, Bituriges, Aruernos, Senones, Carnutes, & Heduos secū traxit.
qui alpium asperitate domita in circumpadanos sese fuderūt campos. quō
contigit, vt quicquid terrae inter Apenninū & alpes iacet vsque ad Ha-
driam, ab ipsius gentis incolatu postea Cisalpina ab Italis sit Gallia nun-
cupata.

Liuius, Patre-
uius
Ambigatus
Gallorū rex
Sigonēsus.
Bellouesū.

DE BRENNO ET BELGIO

Gallorum ducibus.

D Vcentesimo ferme anno post eos, qui cum Belloueso alpes transie-
rant, omnium recentissimi in Transalpinā Gallia venisse traduntur.
Enimvero immensa vis Gallorum bipertitō ex Gallia vno tempore pro-
fecta traditur: ad .ccc. millia fuisse dicuntur. Pars vna Breni ductu urbem
Romam cepit, & incendit: altera Hercinios saltus transgressa per Illyricū
in Pannoniam penetrauit, atq; terra ipsa armis subacta. Diu haud vnus
regni opibus contenti, cum finitimis vario euentu bellarunt. Multis inde
successibus alijs super alios elati, duplici iterum agmine digressi: pars
haec Graeciam, illa Macedoniam inuasit. Tantus interim erat Gallici nomis
nis terror (quorū arma, velut procella quaedam, omnia sine discrimine pro-
culcabant) vt & reges nōdum lacessiti ingenti pecunia pacem ab ea gente
mercarentur.

Brennus &
Belgius duces
Galli in Ma-
cedoniam

HEROVM GALLIAE DE REGE MARCOMIRO:

Franci cum Gothhis bel- larunt.

Marcomirus Antenoris regis maior natu filius regnavit super Fran- cos. xxviii. annis. vir erat magnanimus, fortis, audax, & bellicosus: qui necem patris in Gotthos viciniore crebris incursionibus vindicavit, quaquam Gotthis & numero pugnatoru, & viribus longe videretur infe- rior. Rex ipse Marcomirus cum Sunnone, Panthenore, & Priamo fratri- bus, longocq; itinere aquilonē versus gyantes, ac deinde contra regionem Theutonum viam deflectentes, ad occasum transmigrationē suam cum vniuerso populo regni, vxoribus, liberis, omniq; supellectile magno labo- re difficilem & diurnā inceperunt. Fuerunt autem virorum praeter mu- lieres, & paruulos, cetum septuaginta quinq; millia, & sexcenti quinquaginta octo ad bellum promptissimi. Tandem Marcomirus rex cum duci- bus suis, & vniuerso populo venit in Germaniam, & a Saxonibus tanqua- fratres amice suscepti sunt, optataq; iter ipsos & Rhenū sedes acceperunt: quae nūc sunt Gelrenses, & Holandij, & Phrysi. Tandē Marcomirus cō- traxit exercitum; & Galliam occidentalē intrauit; & vsq; ad Mosam per- uenit, victor ubiq; triumphans. Eratq; nomen eius cunctis formidabile, & omnes Marcomirum audientes timebant.

Holandij. Phrysi.

DE CHRISTIANIS HEROIBVS AC VIRIS ILLVSTRIBVS.

Primus rex Christianus apud Gallos.

Clodoueus ipse vt erat egregia forma, ita magnitudine, praclarisq; moribus gratiam sibi facile comparabat. Siagrium in primis (quem Sueffionis principem pater Gilo reliquerat) loco exturbat, ciuitate rece- pta Alaricum Aquitaniae regem Arrianum necat; & solus soli congregi- ens solo deiectu Gotthum Alaricum occidit. Haec finis Alarico fuit: quō- annos duodecim tyrānidem assumpsisset. Clodoueus vestigales Alemā- nos Francis reddidit; Clodoueus patritij, & perpetui consulis, & Augusti nomen, Anastasij imperatoris iudicio tulit.

Caroli Martelli Romani patritij successus.

Mirantur Romani suum Scipionem Africanum, cum opimis Cartha- ginensium spolijs; nos Caroli Martelli virtutem suspicimus. Cuius auspicijs tres potētissimi Hispanorū, Aphrorūq; reges, Athinūs, Amorreus, & Abdiramus occubere. hic Auenionē natura, & arte. cc. insuper milium Saracenorum praesidio munitissimam oriente sole oppugnare aggressus, nihil dum occidente (quis credat?) expugnauit. Hic duobus praelijs, & Hispanorū, & Aphrorū quingenta septuaginta milia assumpsit. Summa in Martello gloria fuit, & cui nulla Romana comparari possit. Visigot- thorum gentem funditus sustulisse affirmant omnes.

Pipinus rex ac patritius Romanus & patriae pater Magnus Carolus imperator.

Pipinus Francorū rex Martelli filius Italiam ab Astulphi tyrannide libe- rauit; & Stephanum pontificem Romanum semel atq; iterum sedi suae restituit. Hic Alanos cū tota Aquitania domuit; ferocissimos Germaniae populos, Phrygios, Sueuos, & Hungaros subegit. Ergo ad eum se conse- rat oratio, qui princeps occasus & septentrionis sparsa regna sub Franco- rum congregauit imperio. Carolus; is, cui a rerum gestarum magnitudine Magno cognomen fuit: qui patris

PARALLELIA:

qui patris aemulatus vestigia Hadrianum, & Leonem Romanos pon- tifices, illum obfessum, hunc exulantem in integrum restituit. Hic ille est qui Longobardorum tyrannidem euerit, Hunnorum imperium excidit, Angliam recepit, Baurariam domuit, Hispania subiugauit, Italiam posse- dit: e Corsica Mauros, Sardinia Pœnos, Balcaribus Saracenos exegit, ex- pulit, exturbauit: Boemos cōtudit, Dacorum impietatem coercuit, Sclaz- uorum ferociam fregit, Saxones CHRISTO audientes reddidit. Hic ille, qui Fluentinorum urbem ruderibus obrutam instaurauit, denomina- uitq; Florentiam a liliorum floribus: quae Gallorum insignia sunt. Hic deniq; ille est Carolus quem Augusto parē fuisse, atq; adeo maiorē haud immerito cōtendimus: nisi quod nec vim patriae intulit, nec imperiū armis inuasit.

De Rolando.

Themistocli fortitudinis principatum Graecae tribuunt historiae; sed hūc nemo sanae mentis Rolando parem dixerit: quum hic non modo Franco- rum suffragijs, sed & Italiae praedicatione orbem suae virtutis admiratione impleuerit. Is Caroli ex sorore nepos: cuius fama plusq; heroica manauit ad posteros. Perijt vir fortissimus post ingentem suorum stragem, nec fer- ro (vt aiunt) sed siti, annos duos & quadraginta natus. Est Rolandus sepul- tus Blauij, cum gladio ad caput, cornu ad pedes suspenso: Oliuerius cum Augerio Daciae, & alijs plerisq; Beluij.

Gothifredus Lotharingiae dux.

Gothifredus Bollonius Lotharingiae dux: in quo nihil obscurē Pompeij magnitudinem superamus, si Gothifredi ductu sub Francorum signis sex- centa peditū, centū equitū milia stetitisse existimes: nec non adeo pacatē mi- litasse, vt ne suspicionē quidē seditionis vllā dederint, tametsi per Germa- nias, Italia, Pannonias, Graeciā, Thraciam, & omnia propē maria tam nu- merosus exercitus est in Asiam deductus. vnde militaris disciplinae scien- tiam & auctoritatē Gotifredo nusq; defuisse colligimus. hic haud temerē alijs q; Gallicis septus ducibus, captis, in deditioem acceptis, caesis Thur- carum, Aegyptiorū, Persarū, Babiloniorū, Arabum, plus minus centies- tricies nonaginta milibus, Mesopotamiā, & Palaestinam, cum Hierosoly- mis ab impiorū iugo liberauit. Gothifredus singulari certamine Arnol- dum Saxoniae regem & regno, & vita priuauit: gentēq; ferocissimā post multas clades ad officium retraxit. Deniq; Gothifredus cum duabus semi- plenis legionibus quinquaginta Aegyptiorū millia cum Abdela eorum duce profligauit: ex eisq; triginta millia ceciderunt.

Dentatus Gothofredus.

Gothofredus dentatus Celosyriae regem Graeciae imminentem nauali pra- lio vicit: & Damascenum Solthanum cum lx. milium barbarorum exer- citu profligauit; & Ioppen atq; Baruchum maritimas Iudaeae vrbes post ingentem Saracenorum caedem euerit; & Galophrinum Aegyptium re- gem Christiani nominis osorē propria manu trucidauit. Dentatus noster Gothofredus post subactos multis praelijs Britones procerissimum eius gentis non tam hominē quam gigantem Grimoldum memorabili duello confecit: atq; diuersa mundi parte superatum Austriae ducem, cum multis Germania regulis captiuum abduxit.

HEROVM GALLIAE

Baldwinus rex Hierosolymitanus. Baldwinus Gothofredi Bollionij regis frater Bizantino potitus imperio, Achaiam, Peloponnesum, Euboiam, Thessaliam, Mysiam, Thraciam, Põrtum, Sarmatiam, Cappadociam, & Cyprum suis opibus adiunxit. Sub acta etiam Macedonia illa quondam imperio terrarum potita, Athenis quoq; & Sparta (quarum hæc virtutis & constantiae doctrinarum, illa humanitatis parens habita est) Borsetum Comagenũ regem in valle Ramorum fudit. Baldwinus Gazini minoris Asiae ducem Hierosolymas isto agmine petentem aperto Marte superavit, captumq; in vincula coniecit: Damascenum Gothanum quater collatis signis cum multo inferioribus copijs fugavit; Borsequinum Thurearum principem multis cladibus afflictũ fuga sibi cõsulere bis coegit; Aegyptios secus Ascaloniae moenia ad satietatẽ cecidit; & innumera oppida partim recepit, partim expugnauit. Quum rex Carolus huius nominis septimus Anglorum regem Gallico principatu expulit, in hæc tẽpora incidisse crediderim Ioannæ Gallicæ virginis facinus illud omni æuo memorabile, quum Gallorum opes Britannicis bellis fractæ iaceret, puella caelesti voce monita (vt creditur) virilitate instructa ductare coepit exercitum; dein cum hostibus sæpius cõgressa, inter primos dimicans multo maximam Francorum regni partem ex Britonibus recepit, eius auspicijs & ductu Aurelianensis vrbs ab Anglorum obsidione eximitur, & aliquibus in locis prosperè pugnatum est. in Gallia quoq; Belgica receptæ plaræq; ciuitates, & in ijs præcipua Remensis; vbi Carolus more maiorum tinctus oleo sacro regium capitis decus accepit.

Bayardus Delphinensis. PÈTRVS TERRALLIVS BAYARDVS Gallus genere Allobrox, post subactos multis prælijs apud Parthenopen Hispanos, procerrimum Almifum eius gentis memorabili duello confecit; genteq; superbissimam post multas clades ad officium retraxit. Hic dixerim Bayardi nomen Hispanis omnibus tam formidolosum extitisse, vt nemo toto eius principatu tyrannicam exercuerit. Bayardus Franciscum Germaniæ tyrannum, & comitem Nansotum apud Mezerium Campaniæ Gallicæ oppidum parua manu fudit, ac cum .xxx. milium Germanorum exercitu profligauit. Mirantur Romani suũ Marcellũ cũ opimis Victidomari Gessate spolijs; nos Bayardi virtutẽ suspicim⁹, cui⁹ auspicijs duo potētissimi Hispanorũ Lusitanorũq; duces Cõsaldus Fernãdus, & Almif⁹ profligati sunt. M. Sergio fortitudinis Romanæ principatũ tribuunt literæ: sed hunc nemo sanę mentis Bayardo parem dixerit; quum hic non modo Francorum suffragijs, sed & Italiæ & Hispaniæ prædicatione orbem suæ virtutis admiratione impleuerit. Verumenimvero quum omnium confessione religionis & armorum palmam Romanis præripuerint Galli, reliquum est vt & eruditionis splendore Italiã aliquando Francis cedere ostendamus.

NICOLAI HIERONYMI MALLARII

distichon de morte Bayardi.

Fortunæ quondam domitor, scelerumq; flagellum
Bella diu tenuit; spiritus astra tenet.

PARALELLIA.

DE HEROIBVS, AC VIRIS IL-
lustribus, qui eruditionis splendore apud Gallos cla-
ruerunt.

QVia eloquentiam veluti filiolum exosculantur suã Itali scriptores, non dixerim quod ex ipsis quidam haud aliud oratoris esse quam mentiri, decipere, circumscribere, præstigiari: fallax verborum modulamen non nisi ad circumagendam imperitæ plebeculæ multitudinem pollere: sapientem à proposito linguæ tectorio auerti nunquam. Quid enim (inquit Fabius Quintilianus) prodest esse verba & Latina, & significantia, & nitida, figuris etiam numerisq; elaborata, nisi cum ijs, in quæ iudicem duci formariq; volumus, consentiant. Si vis illa dicendi malitiam instruxerit, nihil sit publicis priuatiscq; rebus perniciosius eloquentia. Mutos enim nasci, & regere omni ratione satius fuisset, quàm prouidentia munera in mutam perniciem conuertere. hæc ille. Nec vero (inquit Cicero) de virtute constantia, grauitate prouinciæ Gallicæ taceri potest; est enim ille flos Italiae, illud firmamentum imperij populi Romani, illud ornamentũ dignitatis. Tantus autem est consensus municipiorum, coloniarumq; prouinciæ Gallia, vt ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemq; populi Romani defendendam conspirasse videantur. hæc ille. Sed quid satyricus Aquinas? Num peculiari apposito Gallos ornandos putauit? Gallia caudicos docuit factũda Britannos. Quid Lucianus ille Samonatenus, in nullam alio tua Gallicam eloquentiam insinuauit? Audiamus, quæso, diuum Hieronymum in Vigilantium. Sola (inquit) Gallia monstra non habuit; sed viris semper fortibus, & eloquentissimis abundauit. Sed illud dicam, L. Plotius Lugdunensem Romanos primum docuisse rhetoricen. Tullius certe latinæ facundie antistes sese ab eo prima Romani eloquij rudimenta didicisse fatetur. Quid Crinam? quid Charmidam, Massilienses commemoremus? quorum ille ob syderalem, mathematicamq; peritiam Romani populi fata Nerone principe rexit: hic danatis Erasistrati, Crisippi, Asclepiadis, Themisonis, Dioclis, priscorũq; medicorũ placitis, oibus tam Græcis, Arabibus, Aegyptijs, q̃ Latinis reclamãtib⁹, mededi artem immutauit: adeo vel eruditione, vel eloquentia vterq; præstitit. Quis, L. Floro historiam compendiosius elegantiusq; texuit? quis Pithia cosmographiam præsentauit apertius? quis Victorino Aquitano paschalis diei cursum numerosius stabiliiuit? qs omneis dicendi venteres Remigio excoluit bladius? quis Faustino diuinam gratiam cum libero arbitrio copulauit sanctius? quis animæ essentiam Claudiano subtilius aperuit? Vincentij nitidum apertumq; in dicendo eloquium eò certè magis suspiciendum existimo, quò modestius se sua gloria peregrini inscriptione defraudare conatus est. Quid Gennadiũ? quid Pateriũ? quid Musæum, referã? quid Euridæum, Statium, Surculum, Seuerum, Sulpitiũ, Rheticiũ? quid duos Cõsentios patrem & filiu? quid Hæreditiũ? quid Claudium Quirinale? Saluiani quàm sublimis fuerit doctrina cognomen eius declarat; quivnus

HEROVM GALLIAE

à condito æro episcoporum magister dictus est. Possem alios innumeros diuinarum humanarumq; rerum peritissimos adducere, in quibus eloquendi artificium, & eruditionis altitudo de principatu certasse videri possunt.

S. Hilarius.

De diuo Hilario quæ sentimus non futili comprobentur auctoritate. Vnde Hieronymus in libro de viris illustribus ita scriptum reliquit, Hilarius vrbis Pictauorum Aquitanicæ episcopus factione Saturnini Arelatensis episcopi de synodo Biturense in Phrygiam relegatus. xij. aduersus Arrianos confecit libros: & alium librum de synodis, quem ad Galliciarum episcopos scripsit: & in psalmos cõmentarios duos, primum videlicet à primo psalmo vsq; ad. lxx. & secundum a. c. &. xviiij. vsq; ad extremum: & alia varia volumina. Nullus enim diuina tractauit diuinius. Mortuus est Pictauis, Valentiniano & Valente regnantibus.

S. Hyrcæus.

Diuus Hyrcæus Lugdunensis episcopus, Policarpi martyris quondam auditor, vir diuinarum scripturarum studiosus, non minus sanctitate q̃ doctrina clarus comprobatus est. Scripsit aduersus gentes de disciplina cõtra hæreses, de monarchia Dei, de ogdoade, de prædestinatione apostolica. Tandem sæuiente in Christianos persecutione, cum omni ferme ciuitatis suæ populo, pro fide Christiana martyrio coronatus est quarto calendas Iulias. Claruit sub M. Antonio anno CHRISTI. clxxv.

S. Paulinus

Nolanus episcopus.

Paulinus Nolanus, episcopus. Huius ingenium, ac dicendi vena laudata est ab Hieronymo. De illo ita scribit diuus Eucherius in epistola parænetica, Paulinus quoq; Nolanus episcopus peculiare & beatum Gallia nostræ exemplum ingenti quondam diuitiarum censu, huberrimo eloquentiæ fonte, ita in sententiam nostram propositumq; migravit, vt etiam cum ceteras admodum mundi partes eloquio operibusq; resperferit. Extant ipsius lucubrationes testantes illi altissimam fuisse familiaritatem cum Ausonio Burdegalensi. Ex hoc putat Erasmus Pontium Paulinum fuisse Gallicum, non Paulinum Nolanum: sed potius credendum est diuo Eucherio, quam Erasmo. Huius Paulini mentionem facit Gennadius, sed opuscula recensens, de patria silens.

S. Eucherius

Sanctus Eucherius Lugdunensis episcopus, vir ingenio promptus, sermone compositus, vita & conuersatione Deo & hominibus gratus. hic ex ordine senatorio duxit originem, habens uxorem ex nobilibus natalibus ortam nomine Gallam; ex qua duas suscepit filias. Tandem assentiēte uxore mundanã deserens conuersationem, vitam solitariam in specu territorij Aquensis apud fluuium Durentiæ, uxore illi necessaria suppeditante, vitam duxit solitariam. Deinde è medio sublato Lugdunensi episcopo, diuina reuelatione in eiusdem vrbis episcopum electus est, atq; vi è spelunca extractus in episcopali cathedra sublimatus est; quam decertissime per totius vitæ spatium rexit. Scripsit de cõtemptu mundi, expositiones diuinorum nominum, epithomen Cassiani ad Hilarium episcopum, de laude heremi.

Faustus Christianus epigrammatista.

Claruit sub Theodosio minore anno CHRISTI. cccxli. Faustus natione Gallus, patria Lugdunensis, cõtemporaneus fuit Boetij, Claudiani, Mamerci, & Cassiodori, virorum doctissimorum, probis fuisse moribus

PARALLELIA.

moribus testatur venerabilis Cassiodorus, & pleriq; alij. In poetica excelsit. Scripsit pro Christianæ professionis instituto epigrammata, & de sacris rebus hymnos, vt ex epistolis colligitur. Enodius floruit tempore imperatoris Theodosij, cuius à secretis (vt aiunt) fuit. At forte defuerit nobis alij poetæ: & solus, dicent Itali, forsitan apud Gallos Faustus. Cuiatē igitur fuisse conuincemur Decium Ausonium: cuiatem Attacium, Varronem: cuiatem Cæciliū: cuiatem Antonium Guiphū: Qui Sidonius Apollinaris: qui Valerius: qui Cato: qui Prosper Aquitanus: qui Põsius Paulinus: qui Dephirus: Nō est Sebastianus Cadurcus, nostra est Seueriani tuba, noster Acer Lampridius: quibus succenturiatur Tetradius, dulcis Antidius, ac vltimò Faustus noster Lugdunensis epigrammatographus. Sed vnde illud Auli Gellij oraculum: vnde ille (quo neque doctiorem neq; eloquentiorem Romauit) Fauorinus?

Pecte ac oratores Galli. Ausonius. Attacius. Guiphus. Valerius. Prosper. Paulinus. Dephirus.

Multi alij in theologia apud Gallos claruerunt, prout fuere Claudianus episcopus Viennensis, Gennadius Massiliensis, Auitus episcopus Viennensis, Bernardus abbas Clarevallensis, Guilielmus episcopus Parisiensis, Petrus de bella pertica, diuus Gregorius episcopus Turonensis, Aedo episcopus Viennensis, Guilielmus Lugdun. Ioanes Gerson, Petrus de Alliaco cardinalis. Sed hos ex quàm plurimis præclaris Gallorum scriptoribus collegimus. Oim enim notionem adipisci fragilitati nostræ non fuit integrum. Francos patrij sermonis suos habere oratores, & inter eos tres precipue, primum Ioannem à Magdimo, secundum Octavianum à sancto Gelasio Angolismorū antistitem clarissimū, tertium Ioannem Mariū Belgam: quibus Romanos omnes poetas, rhetoresq; fere prouocamus. At qui ne temporibus his inuidere existimer, par fuerit & nostræ ætatis lumina attigisse, eos dūtaxat quorum iam inuulgata monumenta fidem alijs nationibus facere possunt. Itaque vt ab oratoribus, ordiar in Guilielmo Budæo linguarum varietatem, ingenij facilitatem, eruditionem, naturæ bonitatē, studij grauitatem, eloquentiam demiraberis.

Cadurcus. Seuerianus. Lampridius. Tetradius. Antidius. Fauorinus. Gallus. Gallici sermonis scriptores. Io. Demus. Gelasius. Marius Belgæ illustrator. Guil. Budæus

In Guilielmo Langeio elegantiam, sermonis facilitatem, nobilitatem, ac dignitatem.

In Beroaldo facilitatem, eloquentiam.

In Iacobo Fabro scientiam, disciplinarum varietatem, philosophiæ profunditatem, vitæ simplicitatem.

In Bouillo exquisitarum rerum scientiam, ingenij fertilitatem, difficultū & altissimarum quæstionum perspicuam illustrationem.

In Clithoueo simplicitatem, vitæ sanctitatem, sermonis dulcedinem, ac hæreticæ impietatis insectationem.

In Varennio simplicitatem, ac falsi dogmatis oppugnationem.

In Pino eloquentiam, facilitatem, nullius laudatæ disciplinæ inscitiam.

In Germano Brixio ornatum sermonem, facilitatem.

In Merlino à sancto Gelasio candorem, facilitatem, ingenij acumen, poeticam, indolem, studij feruorem.

In Erasmo elegantiam, facilitatem, lectionis varietatem, affabilitatem.

HEROVM GALLIAE

Hic recondita naturæ arcana in lucem protulit, ambigua soluit, obscura patefecit.

In Copo cum eloquentiâ facilitatem, affabilitatem, mansuetudinem. Qui recondita medicinæ arcana medicis protulit.

In Bayfio cum eloquentiâ eruditionē, generositatem, vrbaniatē, præcipuam rei vestiariæ indagatiōem. huius doctrinam, an græcarum literarum peritiā magis cōmendem nescio.

In Longolio candorem, elegantiam, ingenium, nitidum sermonem, ac Ciceronianam phrasim, pace Erasmi dixerim, admiraberis. Sed sublatus est de terreno carcere, & ex hac mortali luce migravit Longolius noster. quod sine vi magna lachrymarum effari nescio: quod eum nouerim virum bonum, natum ad communē hominum salutem, atque vtilitatem tuendam, ad imperatorum leges illustrandas, & (si ita dicere fas est) quasi musarum alūnum, ex Parrhisienſi academia profectum.

In Stephano Doletō diligentiam, eloquentiam, & vrbaniatē.

In Benedicto Symphoriano Curſio, ornatum sermonem, ac legum peritiā.

In Francisco Syluio eruditionem, elegantiam, ex Ambianis profecto ad studiorum gloriam propagandam, quam sibi studio, ingenio, exercitatiōne, virtute, maximam apud Parrhisienſes peperit.

In Ruello literarum græcarum cognitiōem, suauitatem, eloquentiam, reconditæ doctrinæ inuentiōem, medicinæ propagatiōem. Qui in medica arte vera demonstrauit, improbauit falsa, Nullius laudatæ probatæque disciplinæ expers.

In Carolo à Stagno Lugdunensi camerario nobilitatem, sermonis facilitatem, eloquentiam, candorem, eruditionem.

In Mauricio Bullionio Lugdunensi affabilitatem, vrbaniatē, eloquentiam, suauitatem, legum humanarum, ac imperialium, & pontificum illustratiōem.

In Iodoco Badio diligentiam, laborem, experiētiā, inuentiōis facilitatem, diuersarum lectiōnum varietatem, triuialium artium perſcrutatiōem.

Et (vt verbis Longolianis vtar) dicet Budæus diligenter, splendidè, luculenter, apertè: Beraldus candidè, ingenuè: Pinus scitè: Erasmus copiosè, acutè, nitidè: Stapulensis philosophicè, cuius incude expolita iam purè loqui didicit philosophia: Brixius faciliter. Narrabit apertè Mellinus: eloquetur, grauiter Bayfius: appositè Badius: Syluius leniter, scitè: Ruellius luculenter: à Stagno splendidè: Doletus acutè, candidè. Clichthouæi casto sermone theologia melle dulcius cōcionabitur: literatura Bouilli mæthesi rubiginem deterſit: Copo duce medici & cum eloquentiâ morbos curabunt: & præeūte Nicolao Hieronymo Mallario omnes poëticæ, philosophiæ, ac theologiæ partes tentabunt.

Hos ex quàm plurimis Gallorum scriptoribus collegimus. Omnium enim notionem adipisci fragilitati nostræ impossibile fuit. Nā ingenuè fatemur, complures

PARALLELIA.

complures alios viuentes apud Gallos de bonis literis bene meritos multa scripsisse, & in præsentia scribere, quæ in publicum nondum prodierunt: prout sunt Burrus, Cōraldus, Briandus, Castellus, Briconetus, Tiffardus, Martinus à Carchia medicus, Brallius Parisiensis medicus, Capellanus Regiparæ medicus, Burgensis Gallorum primarius medicus, Ioannes Langrenus insignis theologus, Iacobus Syluius artis Præoniæ doctor, Hübertus Monsmoretanus eques Rhodius de arte poëtica quàm optimè meritus. Atqui non possum non mirari Erasmi iudiciū: quippe quum vir doctus omnium iudicio censeatur, de viris alioqui doctissimis indoctè quidè iudicare non debuerit. Robertus (inquit) Gaguinus nunc vix inter Latine loquentes reciperetur, quasi Erasmi tantum seculo Latine loqui datum fuerit. Hic si nunc vix ab Erasmicè loquentibus admitteretur, at certè à Ciceronianis, qui ea ætate non pauci florebant, haud quaquā explodebatur. Tum duos fratres Ferdinandos eadem tempestate, vt quæ posteritati scripta reliquere fidelissimè testantur, vnde cunq; eruditos non ferat Erasmus, Cæsaris exemplo, qui nec priorem nec parem ferre quenquam poterat. Io- docum Badium nescio qua mente citius admiserit quàm Guilielmum Budaum: id nimio fortassis patriæ amore dictum voluerit. Sed profecto quæ odiosa sint huiusmodi comparationes, de vtroque mihi amicissimo neque improbo neque indocto iudiciū premere satius fuisse. Iacobum Fabrum virum haud dubiè pium & doctū esse nō diffitetur, sed qui theologicè dicere maluerit quàm Tullianè. Meū semper iudiciū fuit, Fabrum in theologicis magis Tullianè, quàm Erasmi in sacris literis theologicè & scribere & sapere. Leonicum medicum fuisse non rhetora contendit, quasi rhetorice medicis negata sit. Quid si Hippocratem, & Galenum accuratius legisset? At qui Leonicum in vtriusque orationis facultate æmulo vel parem vel maiorem dixisse non poenitebit.

Marsilium Fiscinum proferre (inquis) nō audeo. Virum profecto in omni disciplinarum genere (qui rarus inuentu est) eminentissimum doctorum albo ascribere vereris.

Et vt semel finiam, miror summopere ac magis succenseo, quod Franciscum Mirandulanum, vt nimis theologum haud sanè probas, quem tum oratorio tum poetico stylo nō vulgariter exercitatum præclara ipsius opera vel Momii censuram non metuētia indicant.

Cæterum ne nimio dicendi, ac potius maledicendi studio haud satis theologum te præstes, ipse videris. Nempe quum tibi plusquam par sit blandiens, in doctissimum quenq; proteruius inueheris: ea tandem cautio sit, ne complures æmulos in te cōcites, neve in eos scribas qui tuam foeturam possint proſcribere.

*Nō est q, mi-
reris lector
cādidè si Era-
smū iter Gal-
los posuerim
quū sit Holā-
dimus, nā po-
tius Gal. Bel-
ga quàm Ger-
manus dici
meruit.*

} *estiam apud romani avē quod fuit 2* } 30
 } *mirū est robustissimorum hominum robustissimam fere plē eē:*
 } *suorum virorum nobilitatisque ingeniorum soboles tā eē hebesce* } 31
 } *re: oia sua natalia inveniunt deventuram morte hēnt*
 } *in oēs terrarū exiū sonus eorū: quomō sit cōpletū gant nō.*
 } *europa pars orbis populosa magis: vixit 3 pars aliq. nō dicitur* } 33
 } *gia africe.*
 } *1. bestia mahometi tipus 2. fantix: Nationū casam.* } 34
 } *sex statū impij germani: sex itē religionis xanē.* } 37
 } *arma xanorū que sūt p̄cipua: ostēdet p̄ q̄*
 } *oē impiū ut moribz q̄ h̄t tēpora mitiū asēsu: autmē* } 40
 } *sen statū: declinatōes: infine impij galli veniet atiq̄* } 41
 } *cuq̄ sūt: illa xba. n̄ ad sit nobis gratia?* } 47
 } *lugdunen. eēt sacerdotū: diaconū: subdiaconū in sacrifici* } 50
 } *is solēmbz mitris vtitur.*
 } *prezigen^a comitē hēre solt infelicitē: / paritē morbi atq̄* } 59
 } *incuratē ablati.* } 60
 } *p̄ beatus mauricius occidit iulianū apostatā.* } 62
 } *crater quē p̄ in cena discipulū p̄cipuū 2* } 64
 } *sacratū vñq̄ vir bonū: ecclia p̄pham vir malū* } 67
 } *ameling impator dicebat nihil populo saturato letius* } 67
 } *eccl lugdunen. statua planti planti: nulla vregna n̄* } 66
 } *genera instrum^{ti} musicę: vnde ita sumpta 2* }

vir